PROPOSITIONES
PHILOSOPHICAE
AUSPICE
B. JACOBO
SALOMONIO

Genere, Sanctitate, miraculorum fama Clariſſimo, Concive ſuo, ac ſui Ordinis Ornamento

A F. VINCENTIO M. RODELLA VENETO

IN DISCRIMEN VOCATAE

Dum in Cremonenſi Praedicatorum Ordinis Lyceo

P. L. F. Caroli D. de Roſſi Ticinenſis Auditor eſſet

Anno MDCCXLV. Menſe Quintili.

1872

Diverſum ſentire duos de rebus iiſdem
Incolumi licuit ſemper amicitia.

Cremonae per Ferrarium Impreſſorem Epiſcopalem & Civitatis.
Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

Digitized by Google

Ex Hiſtoria Philoſophiae.

I

QUod à Platone, & Ariſtotele traditum praecepit Cicero, omnem inſtitutionem, quae de re quacumque ſuſcipitur, debere a definitione proficiſci, ut intelligatur, quid ſit id, de quo diſſeritur: hoc nobis in diſputatione, quę de rebus philoſophicis futura eſt, non erat certè negligendum; ut quid eſſet Philoſophia ante omnia explicaretur. Philoſophia ergo ſi vim nominis quaeras, eſt ſtudium Sapientiae; Leontio enim Regi, an ſapiens eſſet, interroganti, non ſe ſapientem eſſe, ſed *Philoſophum*, reſpondiſſe fertur Pythagoras: Quod utiq;nomen, notat ex D. Auguſ. Du hamelius, (a) *ita deinde poſteris placuit, ut quantumlibet de rebus ad ſapientiam pertinentibus quiſque vel ſibi, vel aliis videretur excellere, nonniſi Philoſophus vocaretur*. Si rem ipſam poſtules, eſt, ut tradit Epiſc. Canar. Mel. Canus (b) *rerum humanarum, ac divinarum, terreſtrium, atque coeleſtium ſcientia naturali lumine parta*.

I I.

Hanc porrò a Deo duxiſſe originem, a quo omnis ſapientia eſt, ac Protoparentibus noſtris conceſſam, nemo inficias ibit, niſi qui & ſacris litteris injurius fuerit & rationi:

Unus enim rerum Pater eſt
Unus cuncta miniſtrat. (c)

I I I.

At non eadem de Adae Nepotibus ferenda ſententia. Ex quo enim maleſuada mulier, violatò SS. Conditoris praecepto, conjugem, poſteroſque ſecum in ruinam adduxit.

Heu quam praecipiti merſa profundo
Mens hebet, & propria luce relicta,
Tendit in externas ire tenebras. (d)

quibus depellendis non alia hucuſque ſollicitanda hominibus via viſa eſt, niſi ſtudii ac diſciplinae, ſi modo talparum inſtar perpetuò coecutire non voluerint, animuſque fuerit deperditam meſſem ſtudioſe redimendi.

I V.

Fuerit ante diluvium alia ne, an hæc (repertis laborioſis hominibus, qui ei reſtaurandae ſedulam navarent operam) naſcentis Philoſophiae fortuna, non eſt nobis exploratum. Illud ex Joſepho compertum habemus Sethi Nepotes coelorum ac ſiderum obſervationibus deditos, (e) *duas excitaſſe columnas, alteram lateritiam, alteram lapideam, & utrique ſua inventa inſculpſiſſe, ut ſi lateritia diluvio* [per Adamum praedicto] *deleri contingeret; lapidea ſuperſtes hominibus diſcendi copiam faceret*.

V.

Conſummato diluvio, omnium primos ſapientiae laude, aſtrorumque cognitione Aſſyrios floruiſſe, atque Chaldaeos, novimus ex his, quaæ Joſephus, Plinius, Diodorus, & Cicero prodiderunt. Ab iis impoſterum inſtituti fuere Aegipthii, qui teſte Ariſtotele, (f) propriis ſtudiis, noviſque obſervationibus quidquid ab Aſſyriis acceperant locupletarunt adeo atque exornarunt, ut Aegyptus ipſa *Mater artium* (g) non immerito diceretur.

V I.

Quare minus aeque aſſentatur Graecis Laertius Diogenes (h) dum *apud ipſos natam eſſe ſapientiam* praedicat. Niſi enim ex Aegiptho, & Phoenicia per Thaletem Mileſium Argivis urbibus illata eſſet Philoſophia, etiam num fortaſſis traſmarina exularet, nec graja latinave periodo loqueretur.

(a) *Diſp. proem. quaeſt. 1.* (b) *Lib. 9. de loc. The. c. 9.* (c) *Boet. me. 6. li. 2. de conſol. Phil.* (d) *Boet. ibid. li. 1. met. 2.* (e) *Lib. 1. antiq. Jud. c. 3.* (f) *Lib. 1. Metaph. c. 1.* (g) *Macrob. Satur. c. 15.* (h) *In proem. ad vit. Phil.*

...... ut in fabrica, ſi prava eſt regula prima;
Normaque ſi fallax rectis regionibus exit;
Et libella aliqua ſi ex parti claudicat hilum, (a)
Omnia mendosè fieri, atque obſtipa neceſſum eſt
Prava, cubantia, prona, ſupina, atque abſona tecta.

XVII.

Quemadmodum nec aliud magis univerſis ſcientiarum cultoribus ſedulò cavendum, nę ſenſuum fidem & teſtimonium conſecrare deprehendantur: Qua in haereſi fuiſſe Epicureos tradunt * Cicero, ** Laertius, necnon Lucretius canens

Invenies primis ob ſenſibus eſſe creatam
Notitiam veri, neque ſenſus poſſe refelli. *Lib.* 4.

Non quidquid videtur tale eſt, quale videtur, quia experientia, duce,

Provehimur portu, terræque, urbeſque recedunt:

ſed eorum, quę videntur, permulta talia ſunt qualia videntur. Senſuum igitur teſtimonia nec omnino cum Academicis aſpernenda ſunt, neque iis ultra, quam par eſt, cum Lucretio, & Epicureis tribuendum.

Inter utrumque tene: medio tutiſſimus ibis. (b)

XVIII.

Illa tamen mox laudata explorandae veritatis norma non ita uſurpanda eſt, utextemplò illud, cui claritas & diſtinctio idearum non oppitulatur, falſitatis veniat accuſandum: Plura ſiquidem nobis fide credenda proponuntur, in quibus claritatem & diſtinctionem idearum quaerere ſtultiſſimum foret, quum (c) *nihil audacius, juxta ac deterius eſſe poſſit quam velle divinas res humana ratione metiri*, ſolique auctoritati divinae adjudicanda ſit earum certitudo.

XIX.

At non propterea Theologo intererit flocci facere Philoſophiam, aut animum ab omni naturali ratione ſevocare. Neceſſaria ea eſt Chriſtiano Doctori, ſi tamen Doctor, nec talis eſſe velit, qui ſolum divina calleat, in humanis erret, labatur, coecutiat, hallucinetur. Quid porro *aliud cum fide, ratione animi ſublata, niſi ſancta quaedam ruſticitas manet*, *quae* (ut Hyeronimus ad Paulinum ſcribit) *quantum prodeſt vitae merito, tantum ſimplicitate nocet, ſi adverſariis non reſiſtat*.

XX.

Nec inde metuat vir bonus, Chriſti crucem evacuatam iri, *ſi de Philoſophis, & Sophiſtis per humanam ſapientiam triumpharet* (d) Doctor Chriſtianus. Victorię enim gloria non eſt adminiſtrae, ſed Dominae. Quare jure ac merito Scholae noſtrę auctores nobiliſſimi humanas omnes ſcientias, tamquam ancillas ad arcem, & miniſterium verae ſapientiae advocarunt. Ideoque etiam non alteri cuiquam rei diligentiorem navarunt operam, quam ne Philoſophus in iis, quæ cum ſacra doctrina neceſſitudinem aliquam ſervant, aliter ſentiret, ac clament oracula veritatis: *Æquiſſimum enim eſt*, inquit Greg. Naz. in., (e) *ut ſapientia ſpiritus, quae coeleſtis eſt, divinituſque nobis conceſſa, Domina ſit hujus inferae, terrenaeque diſciplinae*.

XXI.

Abeat ergo Pomponatius, abeat Philopponus, & ſecum quotquot veſana adeo mente bacchantur, ut eos omnes, qui veritatis ſtudio tenentur, in Philoſophia hoereticos eſſe, velint, quaſi verum vero contradiceret: Manet quippe nobis alta mente repoſtum, vel tum, quum humanis erudimur diſciplinis, graviora ſtudia nos praeſtolari, nec Chriſtianos eſſe deſiiſſe. Quapropter non ſolum penes nos maxima ſemper eorum erit ratio, quae divino lumine innotuerint; Verum etiam ſi theologica momenta noſtris liquido, nec invidiosè contrariis, opinionibus ſuffragari animadverterimus, ea rectiſſimè exulare non ſinemus foras ejecta; Nam

E'

(a) *Lucr lib.* 4. * 4. *Accad. Qu.* ** *Lib.* 10 *hiſt. Philo.* (b) *Ovid. l.* 2. *Met. de Phaetho.* (c) *S. Jo: Chr. ho.* 2. *in ep.* 2. *ad Timoth.* (d) *ad Corint. ep.* 1. *c.* 1.
(e) *Lib. carm.*

E ſempre bello, e nobile il penſiero
D'agevolar la via, che là conduce, (a)
Ove in trono immortal riſiede il vero.
Così di notte al tetro orror ſe duce
Al pelegrin ſi fà più d'un fanale
Comoda gli è la raddoppiata luce.

XXII.

Non minorem afferent Philoſophiae Candidato partem commodorum Geometricę inſtitutiones; quibus tantum Plato & Xenocrates detulerunt, ut prę foribus Academiae, in qua profitebatur Plato, hæc legeretur inſcriptio: (b) *Nemo Geometriae ignarus intrato*: Et Xenocrates Platonis Auditor, & Ariſtotelis condiſcipulus cuidam Geometriae imperito ejus ſcholam adire volenti, *abi*, dixerit, *anſulis enim, & adminiculis Philoſophiae cares*.

XXIII.

Quod Philoſophiae partitionem ſpectat: ea videtur expeditior, quam tradit Tullius inquiens (c) *Fuit ergo accepta a Platone philoſophandi ratio triplex: Una de vita, & moribus: Altera de natura, & rebus occultis, tertia de diſſerendo, & quid verum, aut quid falſum; quid rectum in oratione pravumve; quid conſentiens, quid repugnans judicando*. Sanè, quae de vita, & moribus agit eam moralem, ſeu ethicam majores noſtri nuncuparunt: Quae de natura, & rebus occultis Phyſicam & Metaphyſicam: Quę de diſſerendo & judicando Logicam: Sed jam agamus, ut coepimus; ac (vitiis extirpatis, compoſitiſque animis ad ſatus meliores accipiendos) ab iſta primum, ſi vis, fructus aliquos decerpamus; quod caeterarum diſciplinarum organum veluti ſit, & inſtrumentum.

Ex Logica.

XXIV.

Logica a verbo Gręco *Logicon*, latinè *rationale* nomen invenit. Ejus characterem ſatis docte, atque perite exhibet Cicero, dum eam vocat: (*Philoſophiæ partem, quae eſt quaerendi, ac diſſerendi, quae definitiones proponit; dividendi, ac partiendi regulas docet; quomodo efficiatur, concludaturque ratio tradit; qua via captioſa ſolvantur, ambigua diſtinguantur, oſtendit*. (d) Non igitur mentem cogitare docet, quod jam ab ipſa natura ſortita eſt; ſed in eo praeſertim Logicae cura verſatur, ut mentis cogitationes regat atque perficiat quibuſdam regulis, & praeſidiis, quibus ad verum aſſequendum, recteque de rebus omnibus judicandum mens ipſa formatur.

XXV.

Quod non eſt ita intelligendum, quaſi, hauſta hujus diſciplinae cognitione, aut de quolibet propoſito argumento dicere quis poſſit ex tempore, ut veteres Sophiſtae temerè factitabant; aut tantę ipſa neceſſitatis cenſeatur, ut ſeorſum ab illa non queat humanus animus ad ſcientias rite componi; hanc enim laudem Geometriae potiſſimum invidere non poſſumus, ſicuti nec reliquis facultatibus propria principia, quibus etiam abſque Logica proprias concluſiones deducunt. Hoc tantum volumus, per Logicam mirifice nobis aperiri viam ad cęteras diſciplinas alacrius & felicius occupandas: Nam, Cicerone teſte, numquam Servius Sulpicius juris ſcientia adeo valuiſſet, *niſi eam* ideſt dialecticam (e) *preterea didiciſſet*.

XXVI.

Prima mentis noſtrę functionum, quibus informandis moderandiſque Logica incumbit, eſt perceptio, quæ ſive ſimplex ea ſit ſive compoſita, numquam obnoxia eſt falſitati, dummodo nullum ſubrepat animo judicium.

Proinde, quod in quoque eſt his viſum tempore, verum eſt. (f)

XXVI.

(a) *Piſ. di mon.* (b) *Lucr. li. 4.* (c) *Lib. 1. Acad.* (d) *Lib. 1 de finibus.*
(e) *In Bruto.* (f) *Luc. li. 4.*

Digitized by Google

XXVII.

Harum perceptionum objecta ſunt res perceptae, ſive *Ideae*, quibus res ipſæ repręſentantur. *Vocem hanc primus uſurpavit Plato*;* quam ſi latinè reddere voluerimus, Auguſtino interprete,** formam vel ſpeciem intelligemus. Quamobrem idea nihil aliud eſt, quam ſpecies vel forma rei menti exhibita, dum quidpiam contemplamur. Quo clarior idearum natura, eo obſcurior earum erigo: Propterea mirari ſubit quantum veteres, recentioreſque Philoſophi in ea explicanda diffideant. Falluntur oppido Epicurei, dum has corporea quaedam rerum ſimulacra eſſe autumant,

Quæ quaſi membranæ ſummo de corpore rerum
Direptæ volitant ultro citroque per auras. (a)

XXVIII.

Quemadmodum nec in eorum fidem venimus, qui eas menti congenitas ineſſe putant, ſive has ex Platonis, ſive ex Carteſii ſchola depromant; Aut id nobis cum Malebranchio convenit Deum in ſe ipſo mentis noſtrae oculis videri corporea verò quęque in Deo. Quis enim felix adeo mortalium ſola nativa mentis virtute

Polum relinquat extimum,
Dorſaque velocis premat Etheris
Compos verendi Numinis? (b)

quod *lucem habitat inaceſſibilem quod nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt*; (c) Unde mens noſtra haud incongruè fuerit ab Ariſtotele veſpertilionibus comparata, qui ut ſolis radios ferre non poſſunt, ſic nec illa radiantem ęterni Creatoris vultum intueri. Illorum potiùs hic nobis arridet opinio, qui rerum omnium externarum ideas ſenſuum miniſterio, & experientia plurimum comparari exiſtimant.

XXIX.

Foecundata mente hiſce imaginibus, venitur ad judicium, quod fit vel cum plures ideas affirmando conjungimus, vel negando ſeparamus. Edmondus Purchotius a voluntate, non ab intellectu judicium manare putat. Verum, ſi & ſuffragio noſtro locus eſt,

Hic eſt efficiens magis (d)
Longè cauſſa potentior,
Quam quae materiae modo,
Impreſſas patitur notas

tantùm, aut in modum glirium omni prorſus opere vacare, videatur.

XXX.

Judicii interpres eſt propoſitio, cui an altera ſemper ejuſdem ponderis adverſetur, ut olim Pirroniſthæ voluere, alibi ſermo fuit. Quod hic ſtatuendum venit, illud eſt, eam modo errorem ſequi, modo veritatem; quandoque nec errorem definite, nec definitè veritatem, ſi ſibi contradicens (nulla cauſſae decernentis habita ratione) futurum aliquod contingens enunciet propoſitio; quia, vel docente Ariſtot., *omne neceſſe eſt fore, aut non fore*; *non tamen neceſſe eſt diſtinctè*, ſeu determinate, ut ajunt, *alterum fore*, quòd ſolus *Deus facit futura ea praedeſtinando*, ait Auguſtinus (f)

XXXI.

Ubi vero propoſitiones quaedam ob ſui perſpicuitatem, ut certae ſuſceptae fuerint, poterit exinde mens noſtra alias, quę in ipſis deliteſcunt, apta conſecutione deducere (quod equidem ratiocinari eſt) multarumque rerum ſcientiam ſibi comparare. Quae enim argumenta Pirrhonici congerunt, ſive ad demonſtrationis vim penitus elevandam, ſive a ſua ſede deiiciendam, acuta magis ſunt, quam ſolida. Et *bujus generis Scriptores quid aliud dicam; quam ſtamen flaccidum aranecli pertexere*.

XXXII.

* *Jo: Cler. 1. p. Logi. c. 1.* ** *Lib. 70. quęſ.* (a) *Luc. li. 4.* (b) *Boe. lib. 4. met. 1. de conſo.* (c) *S. Paul. ad Timot. 1. c. 6.* (d) *Boet. ibid. l. 5. me. 4.* (e) *Cap. 8. Periber.* (f) *Tract. 88. in Joan.* (g) *Baſil. hom. 1. in hexam.*

XXXII.

Quin imo tanta eſt in demonſtratione (ſervatis logicalibus praeceptis) noviſſimae cum praejactis propoſitionibus connexio & virtus; ut mens, quae his ſemel acquieverit, in illius quoque aſſenſum impellatur;

...... velut unda impellitur unda (a)
Urgeturque eadem veniens, urgetque priorem.

XXXIII.

Non ſic tamen demonſtratione, aut alio quovis modo rerum notitiam aſſequimur, ut dumtaxat, quae oblivione obruta erant, quaſi, refoſſis ideis, recognoſcamus: Haud enim

.... Platonis Muſa perſonat verum:
Quod quiſque diſcit, immemor recordatur. (a)

XXXIV.

Sunt, qui addant (bene ne ipſi viderint) quartam mentis operationem, nempe Methodum, per quam varias ideas, judicia, & rationes in ordinem diſtribuimus, ſive ad veritatem felicius inveniendam, ſi lateat; ſive ad eam concinne exponendam, ſi jam inventa fuerit: ut

Singula quæque locum teneant ſortita decenter. (c)

Nos ad illius partitionem converſi potius, eam ſatis aptam eſſe cenſemus, quae methodum nos dividimus in analyticham ſive reſolutionis; & ſyntheticam ſive compoſitionis; ut proinde operam perdere videatur quiſquis

.... Và cercando altro ſentiero,
Che altrui conduca alla virtù diretto. (e)

Ex Metaphyſica.

XXXV.

Audito Metaphyſicae nomine, ea ſtatim menti occurrit Philoſophiae pars, quae a cordatis viris omnium praeſtantiſſima habita eſt ſemper, quæque a Leibnitio non immerito Philophia princeps nuncupatur. Sanè quaenam alia tam ampla, tam latè patens, cujus confiniis quidquid eſt, quid eſſe, vel cogitari poteſt contineantur, de *ente* generatim ſermonem habens? Concideret edepol vel in ejus veſtibulo ad eam contendentis animus nec imprudenter fortaſſis, ut fert effatum, diceret,

.... inopem me copia fecit:

niſi homines ſapientiſſimi, qui cum virtute multum valuerunt, tum plus etiam diſciplina, melioribus eam temperaſſent inſtitutis & legibus (apinis, tricisque reſciſſis); ac commodioribus ſatis finibus concluſiſſent, tripartitam illius tractationem ſuſcipientes. Cujus primam Ontologiam vocitare, in eaque entis naturam, principia, ſpecies, contemplari conſueverunt: Alteram Ætiologiam inſcribere, atque in ipſa de cauſſis, earumque characteribus diſſerere: Per Pneumatologiam denique, quae eſt noviſſima, ad incorporeas res detegendas impigrè ferri ſolebant.

XXXVI.

Age dum & nos a prima ordiamur paucula tantum ex ſingulis delibaturi. Ens igitur ſi cum D. Tho. deſcribere voluerimus, eſt id, *cujus actus eſt eſſe*. Hinc recto, ut ajunt, ſequitur alveo, duo eſſe entis generalia principia, actus nempe, & *potentia*; ejuſdemque duo praecipua genera (nec enim vacat omnia perſequi) *ſubſtantiam*, & *accidens*. Inter hoc, & illam id maxime diſcriminis intereſt, quod ſubſtantia per ſe conſiſtit; accidens autem ſubſtantiae poſcit vinciri

Arctius atque edera procera aſtringitur ilex (f)
Lentis adhærens brachiis.

XXXVII.

(a) *Ovid. Meta. xv. v.* 181. (b) *Boet. ibid. l.* 3. *met.* 10. (c) *Hor. in Poet.* (e) *Piſſ. di mon.* (f) *Hor. Epod.* 15.

Digitized by Google

XXXVII.

Peccaret tamen, ac forte errore plus quam philoſophico laberetur, quiſquis arctam adeo accidens inter & ſubſtantiam duceret neceſſitatem, ut unam ab alio, nec praepotenti virtute divelli poſſe putaret. Profecto *Patres, qui contra Eutichianos diſputarunt, ſuppoſuerunt in Eucharistia remanere poſt conſecrationem aliquod ens phyſicum & reale a Chriſti corpore diſtinctum; eo nimirum principio nixi argumentati ſunt, ut probarent duplicem in Chriſto naturam etiam poſt unionem remanſiſſe: Qui enim* (*inquit Teodoretus dialog. 1., quem impatibilis inſcripſit*) corpus naturale frumentum, & panem appellavit, & vitem rurſus ſe ipſum nominavit, is viſibilia ſymbola Corporis, & Sanguinis appellatione honoravit, non naturam mutans (*ſymbolorum*) ſed naturæ gratiam (*ſubſtantialem nempe per corporis praeſentiam*) addens: *ergo a pari* [*concludit Theodoretus*] *nec Verbum aſſumens naturam humanam mutavit eam in ſui ſubſtantiam* [*ut docebant Eutichiani*] *ac proinde humana natura in Chriſto, etiam poſt unionem permanſit.* (a) Hactenus Juvenin. Quamobrem ſi veteres Eccleſiæ Patres ſpecierum, ſymbolorum, vel aliarum id genus formularum nomine, non praeſtigiatrices imagines, non praeſtitutas nervorum titillationes, ſed phyſica in ſenſu peripatetico accidentia intellexerint; non eſt cur aliis explicandi modis Eccleſiae ſanctiones, Conciliorum canones, Pontificum oracula, Patrum dicta torqueamus, ut prurientibus nuperae aetatis auribus blandiamur, novitiaeque ſententiae, aut ſaltem nuper exſcuſitatae patrocinemur auram propitiorem aucupantes. Queis ſentiendi libertas placet, illud Horatii uſurpent

Nullius addictus jurare in verba Magiſtri. (b)

Nos tutius illud D. Bernardi uſurpabimus haud dolituri, dum de Auguſtino & Ambroſio loqueretur: *Ab his columnis difficile avellor, cum his aut errare, aut ſapere me fateor.* (c)

XXXVIII.

Adeamus nunc obiter ſecundam Metaphyſicae partem de cauſſis diſputaturi. Harum quatuor enumerantur genera a Philoſopho (d) *Materialis nempe, formalis, efficiens, & finalis.* At hic locus poſtulat, ut de hiſce duabus tantum inſtituatur diſputatio, quum de illis prioribus aliò opportunius futurus ſit ſermo.

XXXIX.

Non defuere Arabes Philoſophi, qui cauſſas effectrices, ſi Deum excipias, nullas eſſe crediderint, quae etiam ſententia Carteſio, multiſque recentioribus arridet quammaxime; nobis verò neutiquam; (e) *Facit*, enim, *Deus, ut faciamus praebendo vires efficaciſſimas*, ait Auguſtinus. Non igitur corporibus, cęteriſque creatis rebus ita adimenda eſt omnis agendi virtus, ut nihil agere, nihil moliri, ſed in ęvum deſidioſa torpere dicantur.

XXXX.

Conjungi tamen ei, in quod agere moliuntur, omnino par eſt, aut virtutem ſaltem per interjectum ſpatium eminus diffundi: quoniam

.... nil fieri ſine tactu poſſe videmus (f)

XXXXI.

Sed & ea indoles rebus inſita eſt, & ingenium, ut operari detrectent omnino, niſi aliquem propoſitum habuerint finem, quo invitentur, alliciantur, ſollicitentur. Unde quis ſanus neget, pluſquam vetularum more vehementer deliraſſe eos, qui fatali curſu, & tumultuariè omnia ferri in natura, comminiſcebantur, omnemque rebus omnibus eripiebant finem?

Cum ſator ille operum teneat momenta ſuorum, (g)
Et carptim varios in totum temperet uſus;

XXXXII.

Quorum pleroſque etſi noſtrum non ſit, divinare, quin audaces ſimus (quod Carteſio libenter damus); eos nempe, quos Deus in ſuae ſapientiae theſauro ſignatos latere voluit: At quorſum iſtuc circa tot aliarum rerum fines nobis apertiſſimos, promptiſſimoſque, quos ſumus

ille

(a) *Diſſer. 4. de Euch. qu. 4. c. 4.* (b) *Epiſ. 1. lib. 1.* (c) *Epiſ. 77.* (d) *Lib. 5. Metaph. cap. 2.* (e) *Lib. de gra. & lib. arb. c. 17.* (f) *Luc. lib. 3.* (g) *S. Proſp. de provid.*

Digitized by Google

ille omnium artifex ſuis in operibus prodidit? Nonne eos inveſtigare, contemplari, admirari prudentis & religioſi viri erit? eo vel maxime quod canente Poeta

Eminet in minimis maximus ipſe Deus.

XXXXIII.

Eminet profectò & luculentiſſime, & inneluctabiliter (jam in Pneumatologiam nos pedem intuliſſe vix odorabamur); adeo ut, qui ſive ex cauſſarum effectricium ſerie, quae in infinitum abire non poteſt, principem quamdam immotam cauſſam: ſive ex aptiſſima, conſtantiſſimaque mundanaę hujus machinae diſpoſitionę praeſtantiſſimum aeque ac ſapientiſſimum opificem, qui omnia condiderit, & moderetur, minime collegerit, illum non humana ſtirpe ſatum eſſe oporteat, ſed ſtipitem

.... duris genuit quem cautibus horrens (a)
Caveaſus, hyrcanaeque admorunt ubera tigres.

XXXXIV.

Ita plane & apertius, & tutius Deum exiſtere quiſque colliget, quam ſi ad claram, & diſtinctam ideam entis ſummè perfecti cum Renato confugiat, quæ, ſi quid eſt, fungitur

.... vice cotis, acutum (b)
Reddere quae ferrum valet exors ipſa ſecandi.

XXXXV.

Eſt igitur Deus (*neceſſarium enim*, ait Proſp. de reliquiis Pelag. haer., *& utile eſt, etiam quæ ſcripta ſunt ſcribere, ne leve exiſtimetur quod non frequenter arguitur*), nec *circa cardines coeli perambulat, & noſtra non conſiderat*, (c) ut muſſitant deliri homines a Chriſti Eccleſia extorres. *Verum etiam quae moventur, & aliquid agunt intima virtute ad motum, atque actionem ita impellit*; (cui haec phraſis diſplicet, huic etiam diſpliceat phraſis Eccleſiae: *ad te noſtras etiam rebelles compelle propitius voluntates*; (d) diſpliceat & illa Loyolę Ignatii: *primum tempus erit, quando voluntatem divina virtus ſic impellit, ut omnis dubitatio, imo etiam dubitandi facultas animae ſublata ſit* (e)) *ut quamvis cauſarum ſecundarum efficientiam non impediat, praeveniat tamen; quum ejus occultiſſima vis ad ſingula pertingat, & quemadmodum ſapiens teſtatur: attingat a fine uſque ad finem fortiter, & diſponat omnia ſuaviter* (f)

XXXXVI.

Non deerunt qui motionem iſtam modo humanae libertatis peremptricem, modo divinę ſanctitati inimicam paulo liberius criminentur. At haec in phyſicam praedeterminationem animadverſio

Plus alöes, quam mellis habet,

diceret Juvenalis; nec vident, qui talia loquuntur, *in quanta ſe abrupta praecipitent metuentes retia veritatis* (g) Ita enim Deus *intus in ipſis hominum cordibus operatur, non ut homines, quod fieri non poteſt, nolentes credant* (idem dicito de quovis actu) *ſed ut volentes ex nolentibus fiant* (h): Nam *quum Deus vult aliquid fieri, quod nonniſi volentibus hominibus fieri oportet; inclinantur eorum corda, ut hoc velint: eo ſcilicet inclinante, qui in nobis mirabili modo & ineffabili operatur, & velle.* (i) *Sic ſua voluntate utique iſti* [Iſraelitae nempe] *conſtituerunt Regem David: Quis non videat; quis hoc neget? Et tamen hoc in eis egit, qui in cordibus hominum, quod voluerit, operatur ... adduxit iſtos ut regem conſtituerent, ... intus egit, corda tenuit, corda movit, eoſque voluntatibus eorum, quas ipſe in illis operatus eſt, traxit.* (l) Haec Auguſtinus. Quem ſi criminationes allatae *nihil moverunt*, ut teſtatur Cl. Pererius S. I. alumnus, *Quo minus ſententiam ſuam conſtanter tueretur uſque ad mortem, neque ſcandala, quæ ob id oriebantur, & nonnullis accidebant curanda eſſe putavit*: (m) Cur eędem nobis illatae calumniae ab inſtituta opinione deterrebunt? maxime quum *de libero arbitrio & gratia Dei quid Romana*

id eſt

(a) *Virg. enej. lib.* 4. (b) *Hor. poe.* (c) *Job. c.* 22. (f) *Cath. Ro.* 1. *p. de* 1. *ſym. ar. n.* 22.
(d) *Sabb. poſt Dom.* 4. *Quadrag.* (e) *Lib. exer. heb.* 2. *die* 5. §. *de temp. ad electio. rite faciendas magis opport.* (g) *Epiſt.* 105. (h) *Lib.* 1. *co.* 2. *Epiſ. Pelag. cap.* 19. (i) *De prędeſt. SS. c.* 20. (l) *De correp. & gratia c.* 14. (m) *Tom.* 4. *diſp. in Scrip. diſp.* 213. *relatus a P. Eduar. Corſini Inſt. Phil. to.* 4. *pag.* 452.

Digitized by Google

XXXVII.

Peccaret tamen, ac forte errore plus quam philoſophico laberetur, quiſquis arctam adeo accidens inter & ſubſtantiam duceret neceſſitatem, ut unam ab alio, nec praepotenti virtute divelli poſſe putaret. Profecto *Patres, qui contra Eutichianos diſputarunt, ſuppoſuerunt in Eucharistia remanere poſt conſecrationem aliquod ens phyſicum & reale a Chriſti corpore diſtinctum; eo nimirum principio nixi argumentati ſunt, ut probarent duplicem in Chriſto naturam etiam poſt unionem remanſiſſe: Qui enim (inquit Teodoretus dialog. 1., quem impatibilis inſcripſit)* corpus naturale frumentum, & panem appellavit, & vitem rurſus ſe ipſum nominavit, is viſibilia ſymbola Corporis, & Sanguinis appellatione honoravit, non naturam mutans (*ſymbolorum*) ſed naturæ gratiam (*ſubſtantialem nempe per corporis praeſentiam*) addens: *ergo a pari [concludit Theodoretus] nec Verbum aſſumens naturam humanam mutavit eam in ſui ſubſtantiam [ut docebant Eutichiani] ac proinde humana natura in Chriſto, etiam poſt unionem permanſit* (a) Hactenus Juvenin. Quamobrem ſi veteres Eccleſiæ Patres ſpecierum, ſymbolorum, vel aliarum id genus formularum nomine, non praeſtigiatrices imagines, non praeſtitutas nervorum titillationes, ſed phyſica in ſenſu peripatetico accidentia intellexerint; non eſt cur aliis explicandi modis Eccleſiae ſanctiones, Conciliorum canones, Pontificum oracula, Patrum dicta torqueamus, ut prurientibus nuperae aetatis auribus blandiamur, novitiaeque ſententiae, aut ſaltem nuper exſcuſitatae patrocinemur auram propitiorem aucupantes. Queis ſentiendi libertas placet, illud Horatii uſurpent

Nullius addictus jurare in verba Magiſtri. (b)

Nos tutius illud D. Bernardi uſurpabimus haud dolituri, dum de Auguſtino & Ambroſio loqueretur: *Ab his columnis difficile avellor, cum his aut errare, aut ſapere me fateor.* (c)

XXXVIII.

Adeamus nunc obiter ſecundam Metaphyſicae partem de cauſſis diſputaturi. Harum quatuor enumerantur genera a Philoſopho (d) *Materialis nempe, formalis, efficiens, & finalis.* At hic locus poſtulat, ut de hiſce duabus tantum inſtituatur diſputatio, quum de illis prioribus aliò opportunius futurus ſit ſermo.

XXXIX.

Non defuere Arabes Philoſophi, qui cauſſas effectrices, ſi Deum excipias, nullas eſſe crediderint, quae etiam ſententia Carteſio, multiſque recentioribus arridet quammaxime; nobis verò neutiquam; (e) *Facit*, enim, *Deus, ut faciamus praebendo vires efficaciſſimas*, ait Auguſtinus. Non igitur corporibus, cæteriſque creatis rebus ita adimenda eſt omnis agendi virtus, ut nihil agere, nihil moliri, ſed in ævum deſidioſa torpere dicantur.

XXXX.

Conjungi tamen ei, in quod agere moliuntur, omnino par eſt, aut virtutem ſaltem per interjectum ſpatium eminus diffundi: quoniam

.... nil fieri ſine tactu poſſe videmus (f)

XXXXI.

Sed & ea indoles rebus inſita eſt, & ingenium, ut operari detrectent omnino, niſi aliquem propoſitum habuerint finem, quo invitentur, alliciantur, ſollicitentur. Unde quis ſanus neget, pluſquam vetularum more vehementer deliraſſe eos, qui fatali curſu, & tumultuario omnia ferri in natura, comminiſcebantur, omnemque rebus omnibus eripiebant finem?

Cum ſator ille operum teneat momenta ſuorum, (g)
Et carptim varios in totum temperet uſus;

XXXXII.

Quorum pleroſque etſi noſtrum non ſit, divinare, quin audaces ſimus (quod Carteſio libenter damus); eos nempe, quos Deus in ſuae ſapientiae theſauro ſignatos latere voluit: At quorſum iſtuc circa tot aliarum rerum fines nobis apertiſſimos, promptiſſimoſque, quos ſumus ille

(a) *Diſſer. 4. de Euch. qu. 4. c. 4.* (b) *Epiſ. 1. lib. 1.* (c) *Epiſ. 77.* (d) *Lib. 5. Metaph. cap. 2.* (e) *Lib. de gra. & lib. arb. c. 17.* (f) *Luc. lib. 3.* (g) *S. Proſp. de provid.*

Digitized by Google

ille omnium artifex ſuis in operibus prodidit? Nonne eos inveſtigare, contemplari, admirari prudentis & religioſi viri erit? eo vel maxime quod canente Poeta

Eminet in minimis maximus ipſe Deus.

XXXXIII.

Eminet profecto & luculentiſſime, & inneluctabiliter (jam in Pneumatologiam nos pedem intuliſſe vix odorabamur); adeo ut, qui ſive ex cauſſarum effectricium ſerie, quae in infinitum abire non poteſt, principem quamdam immotam cauſſam: ſive ex aptiſſima, conſtantiſſimaque mundanaę hujus machinae diſpoſitionę praeſtantiſſimum aeque ac ſapientiſſimum opificem, qui omnia condiderit, & moderetur, minime collegerit; illum non humana ſtirpe ſatum eſſe oporteat, ſed ſtipitem

.... duris genuit quem cautibus horrens (a)
Caveaſus, hyrcanaeque admorunt ubera tigres.

XXXXIV.

Ita plane & apertius, & tutius Deum exiſtere quiſque colliget, quam ſi ad claram, & diſtinctam ideam entis ſummè perfecti cum Renato confugiat, quæ, ſi quid eſt, fungitur

.... vice cotis, acutum (b)
Reddere quae ferrum valet exors ipſa ſecandi.

XXXXV.

Eſt igitur Deus (*neceſſarium enim*, ait Proſp. de reliquiis Pelag. haer., *& utile eſt, etiam quæ ſcripta ſunt ſcribere, ne leve exiſtimetur quod non frequenter arguitur*), nec *circa cardines coeli perambulat, & noſtra non conſiderat*, (c) ut muſſitant deliri homines a Chriſti Eccleſia extorres. *Verum etiam quae moventur, & aliquid agunt intima virtute ad motum, atque actionem ita impellit*; (cui haec phraſis diſplicet, huic etiam diſpliceat phraſis Eccleſiae: *ad te noſtras etiam rebelles compelle propitius voluntates*; (d) diſpliceat & illa Loyolę Ignatii: *primum tempus erit, quando voluntatem divina virtus ſic impellit, ut omnis dubitatio, imo etiam dubitandi facultas animae ſublata ſit* (e)) *ut quamvis cauſarum ſecundarum efficientiam non impediat, praeveniat tamen; quum ejus occultiſſima vis ad ſingula pertingat, & quemadmodum ſapiens teſtatur: attingat a fine uſque ad finem fortiter, & diſponat omnia ſuaviter* (f)

XXXXVI.

Non deerunt qui motionem iſtam modo humanae libertatis, peremptricem, modo divinę ſanctitati inimicam paulo liberius criminentur. At haec in phyſicam praedeterminationem animadverſio

Plus alöes, quam mellis habet,

diceret Juvenalis; nec vident, qui talia loquuntur, *in quanta ſe abrupta praecipitent metuentes retia veritatis* (g) Ita enim Deus *intus in ipſis hominum cordibus operatur, non ut homines, quod fieri non poteſt, nolentes credant* (idem dicito de quovis actu) *ſed ut volentes ex nolentibus fiant* (h): Nam *quum Deus vult aliquid fieri, quod nonniſi volentibus hominibus fieri oportet; inclinantur eorum corda, ut hoc velint: eo ſcilicet inclinante, qui in nobis mirabili modo & ineffabili operatur, & velle*. (i) *Sic ſua voluntate utique iſti* [Iſraelitae nempe] *conſtituerunt Regem David: Quis non videat; quis hoc neget? Et tamen hoc in eis egit, qui in cordibus hominum, quod voluerit, operatur ... adduxit iſtos ut regem conſtituerent, ... intus egit, corda tenuit, corda movit, eoſque voluntatibus eorum, quas ipſe in illis operatus eſt, traxit*. (l) Haec Auguſtinus. Quem ſi criminationes allatae *nihil moverunt*, ut teſtatur Cl. Pererius S. I. alumnus, *Quo minus ſententiam ſuam conſtanter tueretur uſque ad mortem, neque ſcandala, quæ ob id oriebantur, & nonnullis accidebant curanda eſſe putavit*: (m) Cur eędem nobis illatae calumniae ab inſtituta opinione deterrebunt? maxime quum *de libero arbitrio & gratia Dei quid Romana*

ideſt

(a) *Virg. enej. lib.* 4. (b) *Hor. poe.* (c) *Job. c.* 22. (f) *Cath. Ro.* 1. *p. de* 1. *ſym. ar. n.* 22.
(d) *Sabb. poſt Dom.* 4. *Quadrag.* (e) *Lib. exer. heb.* 2. *die* 5. §. *de temp. ad electio. rite faciendasmagis opport.* (g) *Epiſt.* 105. (h) *Lib.* 1. *co.* 2. *Epiſ. Pelag. cap.* 19. (i) *De prędeſt. SS. c.* 20. (l) *De correp. & gratia c.* 14. (m) *Tom.* 4. *diſp. in Scrip. diſp.* 213. *relatus a P. Eduar. Corſini Inſt. Phil. to.* 4. *pag.* 452.

Digitized by Google

VII.

Verum, ut ut a Graecis ſero vel cognita vel recepta ſapientia ſit: Singularis tamen eorum extitit laus Philoſophiam univerſam ceu in unum corpus digeſtam, & enucleatius adornaſſe, & rerum partitione diſtinxiſſe, & perpetuis mandaſſe monumentis. Quibus rebus quanta inde lux, quantus ſapientiae decor acceſſerit, facile eum intelligere exiſtimamus, qui in philoſophica hiſtoria hoſpes omnino non fuerit, & peregrinus. Coepit jam tum philoſophicis praeceptis univerſus orbis perſonare, tantoque capi Scientiarum amore, ut nullum pene repertum poſt hac ſit tam agreſte hominum genus ac barbarum, quod ſuos non haberet veritatum Interpretes ac Doctores: Haebraei Rabbinos, Babilonii, & Aſſyrii Caldaeos, Perſae Magos, Indae Bracmanas, Ægypthii Hierophantas, Galli Druidas, Romani a Graecis Sophos, imo & Sinae ſuos, quorum Confucius ſemper habitus eſt praeſtantiſſimus. Hinc de ſuis nominatum Horatius

> Graecia capta ferum victorem coepit, & artes (a)
> Intulit agreſti Latio: Sic horridus ille
> Defluxit numerus Saturnius ....

VIII.

Sic igitur & nata, & progreſſa longius Philoſophia videtur, & item poſtea maximis in rebus naturę, & Reipublicae cum ſummis hominum utilitatibus ac ſui honore eſſe verſata. Ut verò exlex quaedam animi affectio freta ingenio in diverſas, imo in contrarias plerumque ſectas ab re Philoſophos compulit: tum eam intelligimus in Philoſophiam eſſe invectam partem incomodorum, qua & ingenuii officii rationes perverti conſueverunt, & philoſophica gravitas iri labefactata. Hinc philaucia, & partium ſtudia; hinc ſive definiendi morae impatiens libido, ſive petulans licentia contradicendi; hinc garrulitas, lites, diſſidia, aemulationes invidiae veneno infectiſſimae. Ventilabantur alii, quà ſpe, quà cupiditate abrepti, velut paleae leviſſimae in omnem auram; alii ad quamcumque eſſent opinionem, quaſi tempeſtate delati, ad eam tamquam ad ſaxum adhaereſcebant: & quum ſaepe non puderet pleroſque a mendacio contra verum Antiſophiſtas ſtare, non Philoſophos, ea facultas quae fuerat cuſtos veritatis aliquando, in vitii mancipium degenerare cogebatur turpiſſime. Doluit, vel Ticinenſi detentus carcere, rem philoſophicam malo loco conſtitutam Boetius; doluerunt quotquot hactenus extitere, aut ſunt aequi, verique ſinceri aeſtimatores, Nam

> Nubila mens eſt
> Vinctaque fraenis,
> Haec ubi regnant. (b)

ſed jam remedii tempus eſt, non Hiſtoriae.

De ratione philoſophandi.

IX.

Quiſquis igitur in eam, de qua nunc maxime ſermo eſt, facultatem conatur invadere, nullos certè aut adeò exiles ſe ex ea fructus collecturum ſperet, nec veritatem, quò ſtudioſè ſcientiae omnes contendunt, aſſecuturum, niſi priùs iis omnibus ſive affectionibus, ſive praejudiciis animum liberare ſategerit, quae diſſenſum, aſſenſumve mentis iniquè valeant extorquere. Philoſophia, Tullio teſte, (c) *cultura animi eſt*; ac propterea eo variae opiniones inſeri non poterunt, niſi falſis avulſis: Sic

> Qui ſerere ingenuum volet agrum,
> Liberat arva prius fruticibus,
> Falce rubos ſilicemque reſecat;
> Ut nova fruge gravis ceres eat. (d)

X.

Exuendorum praejudiciorum negotio ſe ſatis conſuluiſſe putavit Carteſius, ſi ſtatim vel in ipſo Philoſophiae limine plenam quarumcumque rerum ignorationem affectaret, animumq; in

(a) *Lib. 2. Ep. 1.* (b) *Lib. 2. met. 7. de conſol. Phil.* (c) *Tuſcul. li. 1.* (d) *Boe. lib. 3. m. 1. de conſol.*

Digitized by Google

in omnem compelleret etiam Geometricorum axiomatum dubitationem, ut inde nulla prę alia praepeditus opinione in judicando liberior redderetur. Nobile ſanè inventum, & Philoſopho dignum, ſi auſui reſponderet eventus, minimèque foret, ut eſt maximè, formidandum, ne, poſtquam nos, ſeque adeo ipſum inter has anguſtias concluſerit Carteſius, atque his inſcitiæ tenebris circumſepſerit, omnis exinde intercluderetur aditus erependi; atque in apertum ſcientiarum lumen evadendi: Sicque ſcientiae illius oppugnator potius fieret, & everſor imprudentiſſimè, in cujus erroribus caſtigandis videri geſtit

Virtutis verae cuſtos, rigiduſque ſatelles. (a)

X I.

Profectò, quidquid aliud moliri poſſit, ſua in ſe redux cogitatio cui ipſe tantopere fidit, & ex qua ſuam deducit exiſtentiam; nec primo, etiam in ſua hypotheſi, nec firmo ſatis ad philoſophandum loco eum valet ſtatuere. Quamobrem, ut doctiſs. Abricenſis Epiſ. P. Daniel Huetius notat, Carteſio fuiſſet, ſin fortunatius, at multo certè conducibilius a Scepticorum, quos ſemel ingreſſus fuerat, finibus minimè divelli, quam *in ea errare ſtatim, quo incipit a Scepticis diſcrepare*. (b)

X I I.

Dum autem Carteſianis vitio vertimus effraene ſtudium dubitandi, quæſo exiſtimet nemo, nobis communem cum iis cauſam fore, qui tamquam e divorum concilio deſcendiſſent, ſuperbi de rebus omnibus, quas nuſquam perſpectas habuere, audent ve uti ex tripode pronunciare; nihilque verentur magis, quàm ne de quoquam dubitare videantur; quia ſic

Dum ſtulti vitant vitia in contraria currunt.

X I I I.

Plura quidem eſſe novimus praeſertim in phyſicis diſciplinis, de quibus nullam perſpicuam, dilucidam nullam, nullam nonniſi ancipitem, & tenebris involutam notitiam habere licet: Plura etiam, quorum altè ſuo ſinu latentium

Invida praecluſit ſpeciem natura videndi. (c)

X I V.

At multa, meherclè quoque ſunt ipſa luce clariora, quae intimè (ſtatim ac rationis fuerit compos) animum noſtrum ſuo fulgore adeo percellere conſueverunt, ut iis *non aſſentiri abſit, ut ſapientia potius, quam dementia nominanda ſit*. (d) Haec omni ſemota dubitatione (quorſum enim de iis dubitare proderit, aut ea, quod Renato placet plurimum, pro falſis habere) rata & firma conſiſtant: Illa, nil moror, quantum libuerit ad trutinam revocentur; donec tandem, improbo etiam examine, omnem illorum quaſi faciem contemplati quid certi, quid evidentis præſeferant, ſincerè cognoverimus.

X V.

Extorquebunt tunc res ipſę, quaſi a nobis aſſenſum noſtrum; nec quiſquam, niſi cum Scepticis, & Acatalepticis, hominibus non verbis & ratione ſed vinculis & carcere fatigandis, delirare voluerit, earum perſpicuitati & evidentiae poterit reluctari. Haec perſpicuitas & evidentia, ut quidem nobis videtur, prima, optima, conſtans philoſophandi regula eſt. Hęc veritatis nota & character, quo luculentiſſime veluti lydio lapide, internoſcere preſto erit omnibus

Quid deceat, quid non; quò virtus, quo ferat error. (e)

X V I.

Si perſpicuitate, & evidentia, cui veritatem omnem inniti diximus, Carteſianum illud axioma: *quidquid in idea clara &c.* continetur; profectò Carteſius a vero non aberit, nec eſt, cur egrè in ejus ſententiam concedamus; quum id quoque veteres, Sexto Empyrico auctore, ſenſerint Peripatetici: Id tamen ei ſummoperè cavendum eſt, ne claris & diſtinctis cudendis ideis intemperanter indulgeat, ac, dum ſibi de eis blanditur, cęteros fraudet; Quippe

ut

(a) *Hor. L. 1. Ep. 1.* (b) *Cenſ. Cart. Phil. cap. 1. n. 14.* (c) *Lucr. l. 1.* (d) *S. Aug. Ench. n. 7. alias c. 20.* (e) *Hor. in ar. po.*

...... ut in fabrica, ſi prava eſt regula prima;
Normaque ſi fallax rectis regionibus exit;
Et libella aliqua ſi ex parti claudicat hilum, (a)
Omnia mendosè fieri, atque obſtipa neceſſum eſt
Prava, cubantia, prona, ſupina, atque abſona tecta.

X V I I.

Quemadmodum nec aliud magis univerſis ſcientiarum cultoribus ſedulò cavendum, ne ſenſuum fidem & teſtimonium conſecrare deprehendantur: Qua in haereſi fuiſſe Epicureos tradunt * Cicero, ** Laertius, necnon Lucretius canens

Invenies primis ob ſenſibus eſſe creatam
Notitiam veri, neque ſenſus poſſe refelli. *Lib.* 4.

Non quidquid videtur tale eſt, quale videtur, quia experientia, duce,

Provehimur portu, terræque, urbeſque recedunt:

ſed eorum, quę videntur, permulta talia ſunt qualia videntur. Senſuum igitur teſtimonia nec omnino cum Academicis aſpernenda ſunt, neque iis ultra, quam par eſt, cum Lucretio, & Epicureis tribuendum.

Inter utrumque tene: medio tutiſſimus ibis. (b)

X V I I I.

Illa tamen mox laudata explorandae veritatis norma non ita uſurpanda eſt, utextemplò illud, cui claritas & diſtinctio idearum non oppitulatur, falſitatis veniat accuſandum: Plura ſiquidem nobis fide credenda proponuntur, in quibus claritatem & diſtinctionem idearum quaerere ſtultiſſimum foret, quum (c) *nihil audacius, juxta ac deterius eſſe poſſit quam velle divinas res humana ratione metiri*, ſolique auctoritati divinae adjudicanda ſit earum certitudo.

X I X.

At non propterea Theologo intererit flocci facere Philoſophiam, aut animum ab omni naturali ratione ſevocare. Neceſſaria ea eſt Chriſtiano Doctori, ſi tamen Doctor, nec talis eſſe velit, qui ſolum divina calleat, in humanis erret, labatur, coecutiat, hallucinetur. Quid porro *aliud cum fide, ratione animi ſublata, niſi ſancta quaedam ruſticitas manet, quae* (ut Hyeronimus ad Paulinum ſcribit) *quantum prodeſt vitae merito, tantum ſimplicitate nocet, ſi adverſariis non reſiſtat.*

X X.

Nec inde metuat vir bonus, Chriſti crucem evacuatam iri, *ſi de Philoſophis, & Sophiſtis per humanam ſapientiam triumphares* (d) Doctor Chriſtianus. Victorię enim gloria non eſt adminiſtrae, ſed Dominae. Quare jure ac meritò Scholae noſtrę auctores nobiliſſimi humanas omnes ſcientias, tamquam ancillas ad arcem, & miniſterium verae ſapientiae advocarunt. Ideoque etiam non alteri cuiquam rei diligentiorem navarunt operam, quam ne Philoſophus in iis, quæ cum ſacra doctrina neceſſitudinem aliquam ſervant, aliter ſentiret, ac clament oracula veritatis: *Æquiſſimum enim eſt*, inquit Greg. Nazian., (e) *ut ſapientia ſpiritus, quae coeleſtis eſt, divinituſque nobis conceſſa, Domina ſit hujus inferae, terrenaeque diſciplinae.*

X X I.

Abeat ergo Pomponatius, abeat Philopponus, & ſecum quotquot veſana adeo mente bacchantur, ut eos omnes, qui veritatis ſtudio tenentur, in Philoſophia hoereticos eſſe, velint, quaſi verum vero contradiceret: Manet quippe nobis alta mente repoſtum, vel tum, quum humanis erudimur diſciplinis, graviora ſtudia nos praeſtolari, nec Chriſtianos eſſe deſiiſſe. Quapropter non ſolum penes nos maxima ſemper eorum erit ratio, quae divino lumine innotuerint; Verum etiam ſi theologica momenta noſtris liquido, nec invidioſè contrariis, opinionibus ſuffragari animadverterimus, ea rectiſſimè exulare non ſinemus foras ejecta; Nam

E

(a) *Lucr lib.* 4. * 4. *Accad. Qu.* ** *Lib.* 10 *hiſt. Philo.* (b) *Ovid. l.* 2. *Met. de Phaetho.* (c) *S. Jo: Chr. ho.* 2. *in ep.* 2. *ad Timoth.* (d) *ad Corint. ep.* 1. *c.* 1. (e) *Lib. carm.*

Digitized by Google

E ſempre bello, e nobile il penſiero
D'agevolar la via, che là conduce, (a)
Ove in trono immortal riſiede il vero.
Così di notte al tetro orror ſe duce
Al pelegrin ſi fà più d' un fanale
Comoda gli è la raddoppiata luce.

XXII.

Non minorem afferent Philoſophiae Candidato partem commodorum Geometricę inſtitutiones; quibus tantum Plato & Xenocrates detulerunt, ut prę foribus Academiae, in qua profitebatur Plato, hæc legeretur inſcriptio: (b) *Nemo Geometriae ignarus intrato*: Et Xenocrates Platonis Auditor, & Ariſtotelis condiſcipulus cuidam Geometriae imperito ejus ſcholam adire volenti, *abi*, dixerit, *anſulis enim, & adminiculis Philoſophiae cares*.

XXIII.

Quod Philoſophiae partitionem ſpectat: ea videtur expeditior, quam tradit Tullius inquiens (c) *Fuit ergo accepta a Platone philoſophandi ratio triplex: Una de vita, & moribus: Altera de natura, & rebus occultis, tertia de diſſerendo, & quid verum, aut quid falſum; quid rectum in oratione pravumve; quid conſentiens, quid repugnans judicando*. Sanè, quae de vita, & moribus agit eam moralem, ſeu ethicam majores noſtri nuncuparunt: Quae de natura, & rebus occultis Phyſicam & Metaphyſicam: Quę de diſſerendo & judicando Logicam: Sed jam agamus, ut coepimus; ac (vitiis extirpatis, compoſitiſque animis ad fatus meliores accipiendos) ab iſta primum, ſi vis, fructus aliquos decerpamus; quod caeterarum diſciplinarum organum veluti ſit, & inſtrumentum.

Ex Logica.

XXIV.

Logica a verbo Gręco *Logicon*, latinè *rationale* nomen invenit. Ejus characterem ſatis docte, atque perite exhibet Cicero, dum eam vocat: (*Philoſophiæ partem, quae eſt quaerendi, ac diſſerendi, quae definitiones proponit; dividendi, ac partiendi regulas docet; quomodo efficiatur, concludaturque ratio tradit; qua via captioſa ſolvantur, ambigua diſtinguantur, oſtendit*. (d) Non igitur mentem cogitare docet, quod jam ab ipſa natura ſortita eſt; ſed in eo praeſertim Logicae cura verſatur, ut mentis cogitationes regat atque perficiat quibuſdam regulis, & praeſidiis, quibus ad verum aſſequendum, recteque de rebus omnibus judicandum mens ipſa formatur.

XXV.

Quod non eſt ita intelligendum, quaſi, hauſta hujus diſciplinae cognitione, aut de quolibet propoſito argumento dicere quis poſſit ex tempore, ut veteres Sophiſtae temerè factitabant; aut tantę ipſa neceſſitatis cenſeatur, ut ſeorſum ab illa non queat humanus animus ad ſcientias rite componi; hanc enim laudem Geometriae potiſſimum invidere non poſſumus, ſicuti nec reliquis facultatibus propria principia, quibus etiam abſque Logica proprias concluſiones deducunt. Hoc tantum volumus, per Logicam mirifice nobis aperiri viam ad cęteras diſciplinas alacrius & felicius occupandas: Nam, Cicerone teſte, numquam Servius Sulpicius juris ſcientia adeo valuiſſet, *niſi eam* ideſt dialecticam (e) *præterea didiciſſet*.

XXVI.

Prima mentis noſtrę functionum, quibus informandis moderandiſque Logica incumbit, eſt perceptio, quæ ſive ſimplex ea ſit ſive compoſita, numquam obnoxia eſt falſitati, dummodo nullum ſubrepat animo judicium.

Proinde, quod in quoque eſt his viſum tempore, verum eſt. (f)

XXVI.

(a) *Piſ. di mon.* (b) *Lucr. li. 4.* (c) *Lib. 1. Acad.* (d) *Lib. 1 de finibus*.
(e) *In Bruto*. (f) *Luc. li. 4.*

Digitized by Google

X X V I I.

Harum perceptionum objecta ſunt res perceptae, ſive *Ideae*, quibus res ipſæ repręſentantur. *Vocem hanc primus uſurpavit Plato*;* quam ſi latinè reddere voluerimus, Auguſtino interprete,** formam vel ſpeciem intelligemus. Quamobrem idea nihil aliud eſt, quam ſpecies vel forma rei menti exhibita, dum quidpiam contemplamur. Quo clarior idearum natura, eo obſcurior earum erigo: Propterea mirari ſubit quantum veteres, recentioreſque Philoſophi in ea explicanda diſſideant. Falluntur oppido Epicurei, dum has corporea quaedam rerum ſimulacra eſſe autumant,

Quæ quaſi membranæ ſummo de corpore rerum
Direptæ volitant ultro citroque per auras. (a)

X X V I I I.

Quemadmodum nec in eorum fidem venimus, qui eas menti congenitas ineſſe putant, ſive has ex Platonis, ſive ex Carteſii ſchola depromant; Aut id nobis cum Malebranchio convenit Deum in ſe ipſo mentis noſtrae oculis videri corporea verò queque in Deo. Quis enim felix adeo mortalium ſola nativa mentis virtute

Polum relinquat extimum,
Dorſaque velocis premat Etheris
Compos verendi Numinis? (b)

quod *lucem habitat inaceſſibilem quod nullus hominum vidit*, *ſed nec videre poteſt*; (c) Unde mens noſtra haud incongruè fuerit ab Ariſtorele veſpertilionibus comparata, qui ut ſolis radios ferre non poſſunt, ſic nec illa radiantem ęterni Creatoris vultum intueri. Illorum potiùs hìc nobis arridet opinio, qui rerum omnium externarum ideas ſenſuum miniſterio, & experientia plurimum comparari exiſtimant.

X X I X.

Foecundata mente hiſce imaginibus, venitur ad judicium, quod fit vel cum plures ideas affirmando conjungimus, vel negando ſeparamus. Edmondus Purchotius a voluntate, non ab intellectu judicium manare putat. Verum, ſi & ſuffragio noſtro locus eſt,

Hic eſt efficiens magis (d)
Longè cauſſa potentior,
Quam quae materiae modo,
Impreſſas patitur notas

tantùm, aut in modum glirium omni prorſus opere vacare, videatur.

X X X.

Judicii interpres eſt propoſitio, cui an altera ſemper ejuſdem ponderis adverſetur, ut olim Pirroniſthæ voluere, alibi ſermo fuit. Quod hìc ſtatuendum venit, illud eſt, eam modo errorem ſequi, modo veritatem; quandoque nec errorem definite, nec definitè veritatem, ſi ſibi contradicens (nulla cauſſae decernentis habita ratione) futurum aliquod contingens enunciet propoſitio; quia, vel docente Ariſtot., *omne neceſſe eſt fore*, *aut non fore*; *non tamen neceſſe eſt diſtinctè*, ſeu determinate, ut ajunt, *alterum fore*, quòd ſolus *Deus facit futura ea praediſtinando*, ait Auguſtinus (f)

X X X I.

Ubi vero propoſitiones quaedam ob ſui perſpicuitatem, ut certae ſuſceptae fuerint, poterit exinde mens noſtra alias, quę in ipſis deliteſcunt, apta conſecutione deducere (quod equidem ratiocinari eſt) multarumque rerum ſcientiam ſibi comparare. Quae enim argumenta Pirrhonici congerunt, ſive ad demonſtrationis vim penitus elevandam, ſive a ſua ſede deiiciendam, acuta magis ſunt, quam ſolida. Et *bujus generis Scriptores quid aliud dicam*; *quam ſtamen ſlaccidum aranecli pertexere*.

XXXII.

* *Jo: Cler. 1. p. Logi. c. 1.* ** *Lib. 70. queſ.* (a) *Luc. li. 4.* (b) *Boe. lib. 4. met. 1. de conſo.* (c) *S. Paul. ad Timot. 1. c. 6.* (d) *Boet. ibid. l. 5. me. 4.* (e) *Cap. 8. Periber.* (f) *Tract. 88. in Joan.* (g) *Baſil. hom. 1. in hexam.*

XXXII.

Quin imo tanta eſt in demonſtratione (ſervatis logicalibus praeceptis) noviſſimae cum praejactis propoſitionibus connexio & virtus; ut mens, quae his ſemel acquieverit, in illius quoque aſſenſum impellatur;

.... velut unda impellitur unda (a)
Urgeturque eadem veniens, urgetque priorem.

XXXIII.

Non ſic tamen demonſtratione, aut alio quovis modo rerum notitiam aſſequimur, ut dumtaxat, quae oblivione obruta erant, quaſi, refoſſis ideis, recognoſcamus: Haud enim

.... Platonis Muſa perſonat verum:
Quod quiſque diſcit, immemor recordatur. (a)

XXXIV.

Sunt, qui addant (bene ne ipſi viderint) quartam mentis operationem, nempe Methodum, per quam varias ideas, judicia, & rationes in ordinem diſtribuimus, ſive ad veritatem felicius inveniendam, ſi lateat; ſive ad eam concinne exponendam, ſi jam inventa fuerit: ut

Singula queque locum teneant ſortita decenter. (c)

Nos ad illius partitionem converſi potius, eam ſatis aptam eſſe cenſemus, quae methodum nos dividimus in analyticham ſive reſolutionis; & ſyntheticam ſive compoſitionis; ut proinde operam perdere videatur quiſquis

.... Và cercando altro ſentiero,
Che altrui conduca alla virtù diretto. (e)

Ex Metaphyſica.

XXXV.

Audito Metaphyſicae nomine, ea ſtatim menti occurrit Philoſophiae pars, quae a cordatis viris omnium praeſtantiſſima habita eſt ſemper, queque a Leibnitio non immerito Philoſophia princeps nuncupatur. Sanè quaenam alia tam ampla, tam latè patens, cujus confiniis quidquid eſt, quid eſſe, vel cogitari poteſt contineantur, de *ente* generatim ſermonem habens? Concideret edepol vel in ejus veſtibulo ad eam contendentis animus nec imprudenter fortaſſis, ut fert effatum, diceret,

.... inopem me copia fecit:

niſi homines ſapientiſſimi, qui cum virtute multum valuerunt, tum plus etiam diſciplina, melioribus eam temperaſſent inſtitutis & legibus (apinis, tricisque reſciſſis); ac commodioribus fatis finibus concluſiſſent, tripartitam illius tractationem ſuſcipientes. Cujus primam Ontologiam vocitare, in eaque entis naturam, principia, ſpecies, contemplari conſueverunt: Alteram Ætiologiam inſcribere, atque in ipſa de cauſſis, earumque characteribus diſſerere: Per Pneumatologiam denique, quae eſt noviſſima, ad incorporeas res detegendas impigrè ferri ſolebant.

XXXVI.

Age dum & nos a prima ordiamur paucula tantum ex ſingulis delibaturi. Ens igitur ſi cum D. Tho. deſcribere voluerimus, eſt id, *cujus actus eſt eſſe*. Hinc recto, ut ajunt, ſequitur alveo, duo eſſe entis generalia principia, actus nempe, & *potentia*; ejuſdemque duo praecipua genera (nec enim vacat omnia perſequi) *ſubſtantiam*, & *accidens*. Inter hoc, & illam id maxime diſcriminis intereſt, quod ſubſtantia per ſe conſiſtit; accidens autem ſubſtantiae poſcit vinciri

Arctius atque edera procera aſtringitur ilex (f)
Lentis adhaerens brachiis.

XXXVII.

(a) *Ovid. Meta. xv. v.* 181. (b) *Boet. ibid. l.* 3. *met.* 10. (c) *Hor. in Poet.* (e) *Piſſ. di mon.* (f) *Hor. Epod.* 15.

XXXVII.

Peccaret tamen, ac forte errore plus quam philoſophico laberetur, quiſquis arctam adeo accidens inter & ſubſtantiam duceret neceſſitatem, ut unam ab alio, nec praepotenti virtute divelli poſſe putaret. Profecto *Patres, qui contra Eutichianos diſputarunt, ſuppoſuerunt in Eucbariſtia remanere poſt conſecrationem aliquod ens phyſicum & reale a Chriſti corpore diſtinctum; eo nimirum principio nixi argumentati ſunt, ut probarent duplicem in Chriſto naturam etiam poſt unionem remanſiſſe:* Qui enim (*inquit Teodoretus dialog.* 1., *quem impatibilis inſcripſit*) corpus naturale frumentum, & panem appellavit, & vitem rurſus ſe ipſum nominavit, is viſibilia ſymbola Corporis, & Sanguinis appellatione honoravit, non naturam mutans (*ſymbolorum*) ſed naturæ gratiam (*ſubſtantialem nempe per corporis praeſentiam*) addens: *ergo a pari* [*concludit Theodoretus*] *nec Verbum aſſumens naturam humanam mutavit eam in ſui ſubſtantiam* [*ut docebant Eutichiani*] *ac proinde humana natura in Chriſto, etiam poſt unionem permanſit.* (a) Hactenus Juvenin. Quamobrem ſi veteres Eccleſiæ Patres ſpecierum, ſymbolorum, vel aliarum id genus formularum nomine, non praeſtigiatrices imagines, non praeſtitutas nervorum titillationes, ſed phyſica in ſenſu peripatetico accidentia intellexerunt; non eſt cur aliis explicandi modis Eccleſiae ſanctiones, Conciliorum canones, Pontificum oracula, Patrum dicta torqueamus, ut prurientibus nuperae aetatis auribus blandiamur, novitiaeque ſententiae, aut ſaltem nuper exſcuſitatae patrocinemur auram propitiorem àucupantes. Queis ſentiendi libertas placet, illud Horatii uſurpent

Nullius addictus jurare in verba Magiſtri. (b)

Nos tutius illud D. Bernardi uſurpabimus haud dolituri, dum de Auguſtino & Ambroſio loqueretur: *Ab his columnis difficile avellor, cum his aut errare, aut ſapere me fateor.* (c)

XXXVIII.

Adeamus nunc obiter ſecundam Metaphyſicae partem de cauſſis diſputaturi. Harum quatuor enumerantur genera a Philoſopho (d) *Materialis nempe, formalis, efficiens, & finalis.* At hic locus poſtulat, ut de hiſce duabus tantum inſtituatur diſputatio, quum de illis prioribus aliò opportunius futurus ſit ſermo.

XXXIX.

Non defuere Arabes Philoſophi, qui cauſſas effectrices, ſi Deum excipias, nullas eſſe crediderint, quae etiam ſententia Carteſio, multiſque recentioribus arridet quammaxime; nobis vero neutiquam; (e) *Facit*, enim, *Deus*, *ut faciamus praebendo vires efficaciſſimas*, ait Auguſtinus. Non igitur corporibus, cęteriſque creatis rebus ita adimenda eſt omnis agendi virtus, ut nihil agere, nihil moliri, ſed in ęvum deſidioſa torpere dicantur.

XXXX.

Conjungi tamen ei, in quod agere moliuntur, omnino par eſt, aut virtutem ſaltem per interjectum ſpatium eminus diffundi: quoniam

.... nil fieri ſine tactu poſſe videmus (f)

XXXXI.

Sed & ea indoles rebus inſita eſt, & ingenium, ut operari detrectent omnino, niſi aliquem propoſitum habuerint finem, quo invitentur, alliciantur, ſollicitentur. Unde quis ſanus neget, pluſquam vetularum more vehementer deliraſſe eos, qui fatali curſu, & tumultuario omnia ferri in natura, comminiſcebantur, omnemque rebus omnibus eripiebant finem?

Cum ſator ille operum teneat momenta ſuorum, (g)
Et carptim varios in totum temperet uſus;

XXXXII.

Quorum pleroſque etſi noſtrum non ſit, divinare, quin audaces ſimus (quod Carteſio libenter damus); eos nempe, quos Deus in ſuae ſapientiae theſauro ſignatos latere voluit: At quorſum iſtuc circa tot aliarum rerum fines nobis apertiſſimos, promptiſſimoſque, quos ſumus ille

(a) *Diſſer.* 4. *de Euch. qu.* 4. *c.* 4. (b) *Epiſ.* 1. *lib.* 1. (c) *Epiſ.* 77. (d) *Lib.* 5. *Metaph. cap.* 2. (e) *Lib. de gra. & lib. arb. c.* 17. (f) *Luc. lib.* 3. (g) *S. Proſp. de provid.*

Digitized by Google

ille omnium artifex ſuis in operibus prodidit? Nonne eos inveſtigare, contemplari, admirari prudentis & religioſi viri erit? eo vel maxime quod canente Poeta

Eminet in minimis maximus ipſe Deus.

XXXXIII.

Eminet profecto & luculentiſſime, & inneluctabiliter (jam in Pneumatologiam nos pedem intuliſſe vix odorabamur); adeo ut, qui ſive ex cauſſarum effectricium ſerie, quae in infinitum abire non poteſt, principem quamdam immotam cauſſam: ſive ex aptiſſima, conſtantiſſimaque mundanaę hujus machinae diſpoſitionę praeſtantiſſimum aeque ac ſapientiſſimum opificem, qui omnia condiderit, & moderetur, minime collegerit, illum non humana ſtirpe ſatum eſſe oporteat, ſed ſtipitem

.... duris genuit quem cautibus horrens (a)
Caveaſus, hyrcanaeque admorunt ubera tigres.

XXXXIV.

Ita plane & apertius, & tutius Deum exiſtere quiſque colliget, quam ſi ad claram, & diſtinctam ideam entis ſummè perfecti cum Renato confugiat, quæ, ſi quid eſt, fungitur

.... vice cotis, acutum (b)
Reddere quae ferrum valet exors ipſa ſecandi.

XXXXV.

Eſt igitur Deus (*neceſſarium enim*, ait Proſp. de reliquiis Pelag. haer., *& utile eſt, etiam quæ ſcripta ſunt ſcribere, ne leve exiſtimetur quod non frequenter arguitur*), nec *circa cardines coeli perambulat, & noſtra non conſiderat*, (c) ut muſſitant deliri homines a Chriſti Eccleſia extorres. *Verum etiam quae moventur, & aliquid agunt intima virtute ad motum, atque actionem ita impellit*; (cui haec phraſis diſplicet, huic etiam diſpliceat phraſis Eccleſiae: *ad te noſtras etiam rebelles compelle propitius voluntates*; (d) diſpliceat & illa Loyolę Ignatii: *primum tempus erit, quando voluntatem divina virtus ſic impellit, ut omnis dubitatio, imo etiam dubitandi facultas animae ſublata ſit* (e)) *ut quamvis cauſarum ſecundarum efficientiam non impediat, praeveniat tamen; quum ejus occultiſſima vis ad ſingula pertingat, & quemadmodum ſapiens teſtatur: attingat a fine uſque ad finem fortiter, & diſponat omnia ſuaviter* (f)

XXXXVI.

Non deerunt qui motionem iſtam modo humanae libertatis, peremptricem, modo divinę ſanctitati inimicam paulo liberius criminentur. At haec in phyſicam praedeterminationem animadverſio

Plus alöes, quam mellis habet,

diceret Juvenalis; nec vident, qui talia loquuntur, *in quanta ſe abrupta praecipitent metuentes retia veritatis* (g) Ita enim Deus *intus in ipſis hominum cordibus operatur, non ut homines, quod fieri non poteſt, nolentes credant* (idem dicito de quovis actu) *ſed ut volentes ex nolentibus fiant* (h): Nam *quum Deus vult aliquid fieri, quod nonniſi volentibus hominibus fieri oportet; inclinantur eorum corda, ut hoc velint: eo ſcilicet inclinante, qui in nobis mirabili modo & ineffabili operatur, & velle*. (i) *Sic ſua voluntate utique iſti* [Iſraelitae nempe] *conſtituerunt Regem David: Quis non videat; quis hoc neget? Et tamen hoc in eis egit, qui in cordibus hominum, quod voluerit, operatur ... adduxit iſtos ut regem conſtituerent, ... intus egit, corda tenuit, corda movit, eoſque voluntatibus eorum, quas ipſe in illis operatus eſt, traxit*. (l) Haec Auguſtinus. Quem ſi criminationes allatae *nihil moverunt*, ut teſtatur Cl. Pererius S. I. alumnus, *Quo minus ſententiam ſuam conſtanter tueretur uſque ad mortem, neque ſcandala, quæ ob id oriebantur, & nonnullis accidebant curanda eſſe putavit*: (m) Cur eędem nobis illatae calumniae ab inſtituta opinione deterrebunt? maxime quum *de libero arbitrio & gratia Dei quid Romana*

ideſt

(a) *Virg. enej. lib.* 4. (b) *Hor. poe.* (c) *Job. c.* 22. (f) *Cath. Ro.* 1. *p. de* 1. *ſym. ar. n.* 22.
(d) *Sabb. poſt Dom.* 4. *Quadrag.* (e) *Lib. exer. heb.* 2. *die* 5. §. *de temp. ad electio. rite faciendas magis opport.* (g) *Epiſt.* 105. (h) *Lib.* 1. *co.* 2. *Epiſ. Pelag. cap.* 19. (i) *De prędeſt. SS. c.* 20. (l) *De correp. & gratia c.* 14. (m) *Tom.* 4. *diſp. in Scrip. diſp.* 213. *relatus a P. Eduar. Corſini Inſt. Phil. to.* 4. *pag.* 452.

Digitized by Google

ideſt catholica ſequatur & aſſereret Eccleſia in variis libris Auguſtini, & maximè ad Proſperum, & Hilarium, cognoſci poſſit. (a) Reſtat ergo, ut dicamus, aut Auguſtinum in hac parte propriae ſententiae amore in errorem turpiſſime abreptum fuiſſe, quod perditi imprudentiſſimiq; conſilii eſſe, nemo non videt; aut arbitrii libertatem cum hac ipſa motione componi, conjungi & conciliari poſſe: quum eam hujuſce indolis (praeeunte D. Tho.) exiſtimare par ſit, ut *operetur in unoquoque ſecundum ejus proprietatem* (b) libere quidem in cauſſis liberis, in neceſſariis neceſſario: Sic rorem in liliis albeſcere videmus, palleſcere in violis, in roſis rubeſcere:

> ...... e quai le fronde (c)
> Verdi, glauce, auree ſono, e il Sol per loro
> Traſpar verde sù l'erbe, e glauco, e d'oro

XXXXVII.

Sed nec etiam ulla divinae Sanctitati irrogatur injuria, ſi ad ipſas quoque malas actiones praemovat Deus. Defectus namque ille, qui peccati actioni conjungitur indivulsè *non reducitur in Deum*, docet Angelicus, *ſicut in cauſſam, ſed in liberum arbitrium*: (d) *Nonne Solem conſpicis in luto ſe volutantem, minimeque contaminantem; & ſuper coeno coruſcantem, minime tamen foetidum aliquid referentem*. (e) Quid igitur dubitas, de impeccabili, potentiſſimaque natura, ne aliquam ex peccato maculam contrahat? *Malitiei*, concludit Baſilius, *in ſe ipſo unuſquiſque ſe ipſum principalem ducem cognoſcat*. (g)

XXXXVIII.

Ea, quam inſpicimus in hac rerum univerſitate, perfectio ſin perſuadere, at ſuadere nobis certè poteſt præter Deum alias extare ſubſtantias ab omni corporum concretione ſolutas; adeo ut videri queat Lucretius plus aequo Epicureo dogmati indulſiſſe, dum cecinit

> Ergo praeter inane, & corpora, tertia per ſe (f)
> Nulla poteſt rerum in numero natura relinqui.

XXXXIX.

Angelis finitimus humanus animus, cujus ſedem quemadmodum in Conario imperitè, ita & naturam in actuali cogitatione perperam collocavit Carteſius, corporis ſocietatem non reſpuit quidem; ſpiritales tamen ipſius actiones dubitare non ſinunt, (h) *niſi planè in phyſicis plumbei ſumus, quin nihil ſit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex*. Quare nemo niſi Epicureus fuerit, dicet

> Corporea natura animum conſtare, animamque (i)

L.

Quod cum ita ſit, proſequitur Cicero, *certe nec ſecerni, nec dividi, nec diſcerpi, nec diſtrahi poteſt: nec interire igitur; eſt enim interitus quaſi diſceſſus, & ſecretio, & direptus earum partium, quae ante interitum junctione aliqua tenebantur*. Quo loco certe mirari ſubit, extitiſſe homines, doctos illos quidem, ſed quorum permagni intererat, totos emori; adeo eorum ſcriberet Claudianus. .... pectus injuſtè

> Deformant maculae, vitiiſque inolevit imago: (l)

Quorum alii ne condoluiſſe quidem unquam videntur, quod animum ſe habere non ſentiant; alii ita ſuis ſive cantibus, ſive atomis delectantur, ut eas etiam ad hæc transferre conarentur. Horum ea vox erat

> Poſt ubi jam validis quaſſatum eſt viribus aevi
> Corpus, & obtuſis ceciderunt viribus artus:
> Claudicat ingenium, delirat, linguaque, menſque:
> Omnia defficiunt, atque uno tempore deſunt. (m)

L I.

Haec nobis diligenter de animo cogitantibus, nova nunc inceſſit cupido mentem, ſciſcitandi hoc e genere ne, atque eadem e natura eſſent brutorum animae. Non defuerunt,

qui

(a) *Hormiſ. P. Epiſ. 7*. (b) 1. *p. qu.* 83. *ar.* 1. *ad* 3. (c) *Martelli occhj di Gesù lib.* 6. (d) 1. 2. *q.* 79 *ar.* 2. (e) *Baſil. hom.* 25. (f) *idem Hom.* 2. *in Hexa.* (g) *Lib.* 1. (h) Cicero *Tuſ.* 1. (i) *Luc. lib.* 3. (l) *in Ruffin.* (m) *Luc. lib.* 3.

Digitized by Google

qui id elapſis temporibus ſenſerint Pythagoram, & Platonem ſecuti, metempſicoſim animorum propugnantes; ſicuti nec alii, ut reor, deſunt, qui ſtupida authomata vel machinas eſſe bruta, ſuſpicantur. His unice impraeſentiarum nos obniti, calet animus; quòd nobis, quemadmodum & D. Auguſtino, (vade P. le Boſſù) res obſcuras & dubias ex ſimilibus potius explicare placeat, quam ex incertis conjecturis aut ex rebus omnino incognitis divinare: Veteres enim illi jam cauſa ſe excidiſſe ſentiunt, dum Chriſtianos homines alloquuntur, atque, ut ajebat Poeta, in eà

.... aurae
Omnia diſcerpunt, & nubibus irrita donant (a)

Ex Phyſica.

L I I.

Age nunc ad blandos Naturae amplexus convolemus. Quid enim prçſtantius, quid jucundius, quam Mundi hujus aſpectabilis diſpoſitionem, rerumque eo contentarum cauſſas, dotes, complexiones, ortus, interitus inveſtigare?

Quae mare compeſcant cauſſae, quid temperet annum (b)
Stellae ſponte ſua juſſae ne vagentur, & errent:
Quid premat obſcurum Lunae, quid proferat orbem.
Quid velit & poſſit rerum concordia diſcors:

quod omne praeſentis eſt diſciplinae, quae, quum *totam Naturæ ſpeculationem complectatur* (c) ſive de rebus omnibus naturalibus, corporeis, corruptibilibus diſſerat, Phyſicae, ſeu naturalis diſciplinae nomen obtinuit.

L I I I.

Merito igitur Natura corporis e limine ſe ſe offert conſideranda. Dormitat edepol Renatus, dum ſubſtantiae corporae vim, & naturam collocat in triplici dimenſione: Nec alia profecto (ut mea quidem ſententia eſt) afferri poteſt cauſſa, quae

...... tantam diffuderit imis
Oblivionem ſenſibus;
(Pocula Lethæos ac ſi ducentia ſomnos
Arente fauce traxerit)

ut, priore inſtituto neglecto, quo diverſitatem rerum diverſis ideis antea metiri conſueverat, eos hoc loco, omnium Philoſophorum judicio diverſas, oſcitanter miſceret atque confunderet; niſi quod Pythagoreorum more (d) mathematicis ſpeculationibus enutritus, ſicut illi, ita & ipſe quae Geometricorum, corporum quoque cçterorum naturam eſſe, putavit

L I V.

Quid igitur erit corpus? non aliud planè, quam ſubſtantia quçdam extenſione, ſoliditate, diviſibilitate, figura, mobilitate donata: Siquidem haec omnia ipſa notione corporis continentur, nec ſine his poſſumus quidquam, quod corporeum eſt percipere. An verò haec, quae enumeravimus, ſola ſint, quae naturam corporis conſtituunt, dubitamus. Quid ergo? num propterea aliquis hac in re nobis praeripiet palmam, aut omne tuliſſe punctum gloriabitur? Apage protervum exſuſcitatorum Sophiſtarum commentum? *Nihil ſentire melius eſt, quam prava ſentire*, ait Cicero Acad. 2.

L V.

Naturali cuicumque corpori intrinſeca, non unum tantum, ſed plura contra Veteres aliquos, ſi qui fuere, ſupponenda eſſe principia, conſtans ſemper fuit omnium Philoſophorum ſententia: Quum etenim corpora quçque continenter mutari animadverterent, atque illud probe noſcerent: Ex nihilo nihil, in nihilum nil poſſe reverti (e)

inde

(a) *Virg. Enej. lib.* (b) *Hor. l. 1. ep. 12.* (c) *Epic. ap. Laer. X. ſec. 30.* [d] *Ariſt. 1. Metaph. c. 5.* [e] *Luc. lib. 1.* & *Hor. Epod. 14.*

Digitized by Google

Inde colligere pronum fuit, in unaquaque rerum naturalium mutatione & commune aliquod neceſſario remanere, & aliquid accedere peculiare: quorum primum *Materiam* dixere, quae veluti alter Proteus formas ſe verteret in omnes; alterum vero, per quod primum indifferens ſub hac potius, quam ſub alia ſpecie conſtitueretur, formam appellaverunt.

L V I.

Haec, ut arbitramur pene omnibus ſaltem melioris notae Philoſophis probata ſunt; dum omnia *ex materia*, *& numeris*, ut Pytagorici, vel *ex materia & ideis* ut Platonici conſtare docuerunt. Nec id quoq; abs re recentiorum eſt. Diſceptatur tamen, & longa animorum contentione queritur, quid materia ſit, quidve forma. Accedunt qui ſenſibilia principia adſtruunt, ſingulique declarant, quid de materia corporum ſentiant. Aquam vult eſſe Thales Mileſius cum ſuo recenti aſſecla Van--helmontio, da qua Homerus in Ilia. v. 246.

Oceanus cunctis praebet exordia rebus:

Aerem Anaximenes; hinc Virgilius *6.* Ænei: Spiritus intus alit. Terram Pherecides Syrus

Omnia de terra, atque in terram cuncta revertunt: (a)

Heraclitus, referen. Lucr. l. 1, Ignem, atque ex igni ſummam conſiſtere ſolo....

Adde etiam qui conduplicant primordia rerum
Aera jungentes igni,

ut Ænipodes (b)

terramque liquori

ut Xenophanes, cui preluxiſſe videtur *Homerus*, Ilia. v. 101., ait Sextus Empy., *Aliquando quidem dicens*:

Oceanumque Deum patrem, Thetin quoque Matrem:

aliquando verò v. 302

Vos vero cuncti fiatis terraque, & unda.

Et qui quatuor ex rebus poſſe omnia rentur. (c)
Ex igni, terra, atque anima concreſcere, & imbri

ut Empedocles teſte Cicerone 1. Academ. Quinque celebres ſubſtantias volunt Chimici. Omnia ſimul Anaxagoras, de quo Lucr. eleganter ibidem.

Nunc age Anaxagorae ſcrutemur Homeomeriam,
Quam Groeci memorant, nec noſtra dicere lingua,
Conceſſit nobis patrii ſermonis egeſtas.....
Hoc & Anaxagoras ſibi ſumit, ut omnibus omnes
Res putet immixtas rebus latitare, ſed illud
Apparere unum, cujus ſint pluria mixta,
Et magis in promptu, primaque in fronte locata.

Qui mechanicam philoſophandi methodum multis jam ſeculis obſoletam, noviſſimis hiſce temporibus inſtaurarunt, ſuadere conantur, materiam, ex qua omnia compinguntur, vel particulas in indefinitum diviſibiles, ut Carteſius finxit; vel individua, ac impartibilia corpuſcula ſola figura diſcreta, ut Democrito olim, nuperrime Gaſſendo placuit. At hi omnes

Magnopere a vera lapſi ratione videntur. (d)

L V I I.

Haec igitur materies *quid eſt? Numquid animus? numquid corpus? numquid ſpecies animi, vel corporis? Si dici poſſet nihil aliquid, & eſt non eſt, hoc eam dicerem* .... Erit igitur *quiddam inter formam, & nihil, nec formatum, nec nihil; informe prope nihil.* [e] Hactenus Auguſtinus, quem *Ariſtotelico luto immerſum non fuiſſe*, teſtatur cl. Valliſnerius (f). *Cui hæc reſponſio non placet quaerat Auguſtino doctiores, ſed caveat ne inveniat præſumptiores* (g); Homines nimirum, qui id perſpicuum reddere præſumant, quod omnium ſapientum voce obſcuriſſimum eſt, & conari quiſque debet *vel noſce ignorando, vel ignorare noſcendo.* (h)

L V I I I.

Nunc age quod ſupereſt cognoſce, & clarius audi.

Nec

(a) *Xenophanes ap. ſex. Empy.* (b) *Empy. Pyrr. Hyp. 3. c. 4. ſec. 30.* (c) *Luc. lib. 1.* (s)
(d) *Luc. lib. 1.* (e) *Lib. 12. conf. c. 6.* (f) *In hiſt. de gen. animal. & homin. p. 2. c. 24*
(g) *Aug. de Spir. & litt. cap.* 33. (h) *idem 12. conf. c. 5.*

Digitized by Google

Nec me animi fallit, quàm ſint obſcura, ſed acri
Percuſſit thyrſo Veri ſpes magna meum cor,
Et ſimul incuſſit ſuavem mî in pectus amorem ...... (a)
Namque eadem magni refert primordia ſepe (b)
Cum quibus, aut quali poſitura contineantur,
Et quos inter ſe dent motus accipiantque:
Namque eadem coelum, Mare, Terras, Flumina, Solem
Conſtituunt, eadem fruges, arbuſta, animantes;
Verum aliis, alioque modo commixta moventur.
Tantum elementa queunt permutato ordine ſolo.

Haec cum Lucretio aliqui, qui in diverſa partium materiae textura formæ ſubſtantialis naturam ſitam eſſe contendunt: Quemadmodum alii, qui in accidentium congerie eam collocant,

Intervalla, viae connexus, pondera, plagae,
Concurſus, motus, ordo, poſitura figurae
Cum permutantur multari res quoque debent. [c]

Verumtamen aliud quidpiam praeter quamcumque partium materiae diſpoſitionem, &ac cidentium congeriem, forma ſe prodit; quia *nulla iſtarum eſt ſubſtantia*, ait Ariſtoteles. [d]

L I X.

Corpus ex materia formaque conflatum, etiam extenſum erit, ut vidimus; diviſibile igitur; ita ut nullum etiam habeat ſuarum partium diviſioni præſcriptum limitem, nullam metam: hoc eſt nulla adeo minima quantitatis pars afferri poteſt, in qua plures adhuc partes concipi nequeant, & aſſignari: proindeque ſolis individuis punctis magnitudo conſtare non poteſt. *Nec enim illud quidem Phyſici eſt, aliquid eſſe minimum*, inquit Cicero: *Quod profecto numquam putaſſet Epicurus; ſi a Polieno familiari ſuo Geometriam diſcere maluiſſet, quam illam etiam ipſum dedocere*. (e)

L X.

Nec deſunt experimenta quamplurima, quae in hanc rem afferunt ſolertiſſimi Viri Boyleus, P. Lana, Leuvenhokius, Hallejus, Keill cum Lucretio, cujus haec ſunt

Primum animalia ſunt jam partim tantula, ut horum (f)
Tertia pars nulla poſſit ratione videri.
Horum inteſtinum quodvis quale eſſe, putandum eſt!
Quid cordis globus, aut oculi! quid membra? quid artus?
Quantula ſunt.

Ex quibus in admirandam, incredibilemque tenuitatem deduci poſſe corpora liquido conſtat: Quaeque licet ejuſmodi non ſint, quibus materiae diviſibilitas probetur infinita, ea nihilominus ſunt, ut materiae in infinitum diviſibilitati maxima veri ſpecies concilietur, & imaginationis noſtræ adjuta imbecillitas poſſibilem illam ſaltem non difficile concedat.

L X I.

Quantavis autem ſive diviſione, ſive diſtratione a ſe invicem corporum partes diſſocientur; numquam tamen conjunctionem illam corporum continuata ſerie ſibi mutuo copulatorum ita diſſolvi putamus; ut ſpatium aliquod inane medium relinquatur; tametſi hoc Epicureis (perexiguum licet, & undequaque diſperſum) motui procreando viſum ſit magnopere neceſſarium; adeout Lucretius concludere non dubitaverit

Aut igitur motu privandum eſt corpora quæque, (g)
Aut eſſe admixtum dicendum eſt rebus inane;
Unde initium primum capiat res quaeque movendi

L X I I.

Quamobrem cum rareſcentis corporis partes a ſe ipſis quoque diſjungi conſpiciantur, & inter eas patere interſtitia; neceſſe erit, ut ad haec complenda ſubtilior aer in corpus influat; effluat

[a] *Lib.* 1. *v.* 920. [b] *Lib.* 1. *v.* 817. [c] *Luc. lib.* 2. [d] 8. *Metaph. cap.* 3.
[e] 1. *De fin.* [f] *Lib.* 4. [g] *Lib.* 1.

Digitized by Google

effluat vero, ubi denſati corporis partes ad ſe ſe invicem acceſſerint. Qua in re quiſquis nos Angelicae doctrinae 4 Phyſic. tex. 84. traditae oſores veluti traducere voluerit, non niſi inique calumniabitur, ei non abſimilis qui apud Martialem potis erat

Vendere nec vanos circum palatia fumos, (a)
Plaudere nec cano, plaudere nec glaphyro.

LXIII.

Quod ſi talia fuerint in corpore aliquo partium interſtitia perexigua & crebra, ut non flexuoſo, ſed ſimplici & directo itinere lucis radios tranare ſinant, corpus illud pellucidum, erit, ut in ſuis problematis docet Ariſtoteles:

Praeſcinduntur enim, niſi recta foramina tranant [b]
Qualia ſunt vitri

LXIV.

Horum pororum ope ſubtilioris materiae ingreſſui hinc perviorum, illinc tantum egreſſui, mirabilem illam motuum varietatem, quae in magnete animadvertitur, ac de qua Poeta cecinit Et lapides ſuus ardor agit,
explicare ſe poſſe crediderunt Hugenius & Hallejus. Verum ſuis hypotheſibus id ſatis non videntur conſecuti.

LXV.

Felicius nos ſive tremoris, ſive pulſus, aut inclinationis cauſſam, quibus terra quandoque quaſi ſuis emota ſedibus concuti ſolet vibrari & vacillare, aperire confidimus, ſi id cum ab aere, & exhalationibus, tum a materia nitroſa & ſulphurea ſubitò magnâ copia inflammata & rareſcente oriri dixerimus; quae ubi omnem criptae amplitudinem occupaverit, majora adhuc ſpatia requirens, circumpoſita terrae latera aut ſuperiorem cavernarum fornicem urgeat, ſuperimpoſitaſque regiones valido tremore impellat, ac etiam interdiu disjungat, ut de Sicilia Claudianus refert.

.......Trinacria quondam
Italiae pars una fuit, ſed punctus & aeſtus
Mutavere ſitum; rupit confinia Nereus
Victor, & abſciſſos interluit aequore montes.

LXVI.

Haec abſque fragore ut plurimum non contingere, experientiâ ſive bellici pulveris in tormentis, ſive aeris in montium antris concluſi & agitati edocemur; de quo Poeta

Venti indignantes magno cum murmore montis (c)
Circum clauſtra fremunt.

Quo loco ſi in inveſtiganda ſonitus natura parumper placeat immorari; bene tremulo & reciproco circumfuſi aeris motu ſonitum perfici dixerimus; quique, ſi lubet, & per undulationes explicari poterit, aut etiam per radios ſonoros.

LXVII.

Haudquaquam ſive a Carteſio, ſive a Rohaultio germanam pateſieri motus localis naturam, declarant plura. Nam, ut de hoc ſileam, quod ille, *tranſlationem unius corporis ex viciniâ eorum corporum, quae illud proximè contingunt, & tamquam quieſcentia, ſpectantur in viciniam aliorum* motum eſſe dixerit, in id potius incubuiſſe videtur, ut cenſorium Sacri Romani Senatus opinionem eorum, qui terram moveri ajunt, damnantis, judicium declinaret; quam ei cordi fuerit illa definitione ſinceram motus naturam aperire. Quare non abs re fortaſſe Batilius recineret,

Altera fert undam, geſſat manus altera flammam .... [d]
Quid niſi vel fraudes iſta, vel illa parat

LXVIII.

Motui adverſatur quies, velut tenebrae lumini. Quorum ea universè non eſt lex, ut quantum

[a] *Lib.* 4. *epig.* 5. [b] *Lib.* 4. [c] *Virg. En.* 1. [d] *Verſ.* 90. *in Bilingues*

Digitized by Google

quantum motus excitatur in una materiae parte, tantumdem tollatur ab altera, & viciſſim quantum ab una tollitur tantumdem in altera excitetur, quaſi partita habeant inter ſe, & diviſa ſui incrementi & diminutionis vicaria momenta, ut potiſſimum Carteſio viſum eſt; Nam ut de ceteris taceam

.... progredimur, quo ducit quemque voluptas,
Declinamus item motus, nec tempore certo,
Nec regione loci certa, ſed ubi ipſa tulit mens. (a)

L X I X.

Verum, & hoc dato, quorſum ſequeretur illud, quod ille maxime vellet; motum ſcilicet eſſe quidpiam reipſa a corpore minime diſtinctum? Quam concinne diceret hic Poeta

.... diſconvenit ordine toto, (b)
Diruit aedificat:

L X X.

Hinc quoque nutent oportet, imo & corruant omnino quatuor priores regulae (nam reliquas omittimus] ab eodem 2. p princip., n. 46 traditae de communicatione motus, etiam nulla habita elaterii ratione. Idque confidentius affirmamus, quòd vel ipſius diſcipuli illas omnes, aut ferè omnes vel ut falſas, vel ut dubias, vel ſaltem ut inutiles abiiciant. Ex quo viderint perditi Carteſii cultores quam verè de illo dixerit quidam Anglus, quod de Homero Horatius in ſua poetica arte

.... qui nil molitur inepte. [c]

L X X I.

Haec vero lex erit longe optima, ſicut & alia, [nec enim vacat omnia, quę motus ſunt, perſequi, ſed ex tanta rerum ubertate paucos lubet

.... juvatque aliquos decerpere flores [d]

] in reflexione corporum obſervata: Si fuerint duo corpora elaſticitatis expertia, quorum unum in alterum quieſcens impetum faciat; ambo poſt ictum in eamdem partem congredientur, eritq; velocitas aggregati ad velocitatem primi mobilis, ut primum mobile ad aggregatum reciproce. Angulus incidentiae ſuapte natura ſemper æqualis eſt angulo reflexionis.

L X X I I.

Porro reflexio impedietur omnino, & nulla erit ſive incurſus in obicem fiat ad lineam, ſive oblique, ſi nulla vigeat in corpore vis elaſtica. Haec ea eſt, qua

Validis quondam viribus acta
Pronum flectit virga cacumen, [e]
Hanc ſi curvans dextra remiſit,
Recto ſpectat vertice coelum.

L X X I I I.

A quo vero tanta vis derivetur in virga ſicut & in ceteris ſolidis corporibus, arduum ſane judicatu. Quod nobis vero videtur ſimilius, eſt, aerem, dum in poris corporum utrinque vapulat arctatus & compreſſus, ſe ſeque in libertatem primam aſſerere nititur, corpus quoque ſolicitare ad priſtinam, quam optat, figuram reſumendam.

.... Alterius ſic [f]
Altera poſcit opem res, & conjurat amice.

L X X I V.

Non ſic gravia ab externa aliqua cauſſa mechanica cientur in centrum, quod natura pro quieto ſtationis loco ſortita ſunt; ſed ſuopte niſu, & ſuo pondere Quod ſi quis hac arcana cauſſa offendi contingat, is Editorem Neuſtonianae Philoſophiae ita loquentem audiat. *Hi potius ad occultas confugiunt cauſſas, qui, neſcio quos, vortices materiae cujuſdam prorſus fictitiae, & ſenſibus omnino ignotae* [his adiicito, non enim erras, Gaſſendiſticas venatrices atomos

[a] *Luc. lib. 2.* [b *Hor. Ep. 1. lib. 1.* [c] *D. Morus Epiſ. 64. tom. 1.* [d] *Luc. lib. 4.* [e] *Boet. l. 3. m. 2.* [f] *Hor. in art. pr.*

Digitized by Google

atomos jugiter a terra ac radiatim emiſſas ; Borrellianum vividiorum ſpirituum inteſtinum tumultum , & pugnam ; Du-hamelicam gravitantis aeris preſſionem] *motibus iiſdem regendis praeficiunt*. Nonne Peraultius, Hugenius, Rohaultius, Regnaultius, ſicut & Malebranchius, & Varignonius & univerſim omnes, qui mechanicam explicandae gravitatis rationem hucuſque exhibere conati ſunt, omnes, inquam, vel hujuſmodi ſupponunt fluvidae materiae motus, quorum nulla ratio & cauſſa aſſignari poteſt, vel certe tales, ex quibus gravium motus nequeant proficiſci? Fatemur equidem mechanicam gravitatis rationem nos non afferre: At quaenam afferretur quęſo? quum divini homines, deque bonis artibus optime meriti deprehendantur aerem verberaſſe. Reſtat igitur, ut eo, quò diſceſſerat, recurrat oratio: adeo ut, quemadmodum omnes corporum motus unice a Deo tamquam a cauſſa prima repetendos eſſe diximus; ita gravia non niſi ab Auctore naturae eis talem indolem conferente moveri dicamus.

L X X V.

Corporum quorumcumque ſic decidentium aequa eſt velocitas, ſublata medii reſiſtentia, vel Lucretio judice:

Omnia quapropter debent per inane quietum [a]
Aeque, ponderibus non aequis, concita ferri.

Ea vero admiſſa; quae ſunt ſpecie graviora, vel mole majora licet homogenea,

Haec pro ponderibus caſus celerare neceſſe eſt. [b]

L X X V I.

Ita vero deſcendunt gravia quaelibet, ut motum ſuum accelerent: cujus quidem accelerationis ea eſt lex [quemadmodum *admirabilis ille vir, virtutiſque aeternùm ſuſpiciendae Galileus Galilei* [c] omnium primus raro ac divino prorſus, quo erat ingenio feliciter demonſtravit] ut accretio & incrementum fiat juxta progreſſionem numerorum imparium, ſeu ſpatia percurſa ſint ut quadrata temporum: Verum finietur acceleratio, & motus corporis acceleratus tandem deſinet in aequabilem, velocitate ſe habente, ut tempora; reſiſtentia autem aeris creſcente pro ratione ſpatiorum.

L X X V I I.

Haec ex Mathaeſi perſpicua ſunt. Quod maxime torquet Philoſophorum ingenia, illud fortaſſe videbitur; Unde dimanet motus continuatio in projectis. Noſtro alte haeret animo, cauſſam hujus rei adhuc latere, niſi vim quamdam concedamus eis a proiiciente impreſſam: *Sagitta* enim *tamdiu movetur a proiiciente, quamdiù manet vis impulſus proiicientis*, ait D. Thom. [d]

L X X V I I I.

Dum autem haec vi proiiciente aequabiliter urgeri intelligitur, ſimulque gravitatis vi, qua ſpatia percuſſa ſint in duplicata ratione temporum, lineam deſcribit parabolicam: Ita

Dall' arco uſcita al deſtinato ſegno [e]
Sen vola rapidiſſima ſaetta

L X X I X.

His expeditis, quae ad Geoſtaticen ratione aliqua pertinere videntur, ad aliqua ex Hydroſtatica & Aerometria petita, tam properè nos feſtinare miretur nemo, nemo ſuccenſeat; Nam *per quoſdam veluti gradus & titulos diſcurrentes volitare decrevimus*. (f) Porro ad fluvida converſi, quum eorum naturam eam eſſe deprehendamus, ut minimae, quibus conſtant particulae vel ab invicem ſolutae, vel gracili certè inter ſe vinculo copulatae nullo negotio cuicumque leviſſimae impreſſioni cedant, & non ſecus ac reliqua gravia ad comune centrum continuo urgeantur, palam eſt, cuique inferre, proprio ipſa quoque cieri motu, quo ſe ad libellam componant: Quod ubi fuerint conſecuta, omnis motus ceſſabit, facto partium aequilibrio. Conſiſtent etiam ſine motu, eruntque in aequilibrio ubi ad eamdem altitudinem in tubis

[a] *Lib.* . [b] *ibidem.* [c] *Gaſſe. epiſ. ad Galil.* [d] *Quaeſt.* 3. *de pot. ar.* 11.
[e] *Ambr. Leon. Tay.* 3. 5. (f) *Vegetius in prolog. de re milit.*

bi s communicantibus evecta fuerint, etſi tubi inveniantur diametro inaequales.

L X X X.

Jam verò haec nequaquam obeſſe poterunt, quominus aqua maris per ſecretos cuniculos ad terras remeans, evehatur ad celſiſſima uſque montium cacumina ad ſuppeditandam fontibus fluminibuſque non minimam aquarum partem, qua una cum imbribus, nivibuſque ſolutis coaleſcant: Quod & Lucr. indicaſſe videtur lib. 6.

Poſtremo quoniam raro cum corpore tellus
Eſt, & conjunctas oras maris undique cingit,
Debet ut in mare de terris venit humor aquäi,
In terras itidem manare ex aequore ſalſo.

L X X X I.

Illud potius ex Hydroſtatices inſtitutionibus licebit colligere, fluvida quaeque *etiam aer ipſe* [a], inquit Ariſtoteles in propriis reſpective locis gravitatis ſuae vires exerere ſubjecta corpora comprimendo. Cujus quidem rei argumentum ſanè non ineptum exhibent mirabiles illi fluvidorum motus, quos in tubis non ſine maxima admiratione primus omnium ſemel, atque iterum Torricellius obſervavit; quique quidquid uſquam eſt Philoſophorum facile impullerunt, ut illos ab aereis columnis liquoris in vaſe ſtagnantis ſuperficiem gravantibus oriri intelligerent; non ignari Lucretiani carminis lib. 2.

Nunc locus eſt, ut opinor, in his illud quoque rebus
Confirmare tibi nullam rem poſſe ſua vi
Corpoream ſurſum ferri, ſurſumque meare.

L X X X I I.

Sunt etiam pennae volucres mihi,
Quae celſa conſcendunt poli.
Quas ſibi cum velox mens induit
Terras perosa deſpicit[*]:
Aeris immenſi ſuperat globum,
Nubeſque poſt tergum videt ....
Donec in aſtriferas ſurgat domos,
Phoeboque conjungat vias.

Hìc mundi polos immutabiles conſpicit. Hìc meridiani planum eodem ſemper loco videt immotum. Hìc Eclipticae & Æquatoris angulum continenter mutari & paulatim minui. Ut gigantem hìc intuetur Solem ad currendam viam exultantem non apparenti tantum, ſed vero motu.

L X X X I I I.

Nec enim Tellus planetæ inſtar annua periodo circum ſolem fertùr, nec motu diurno vertiginis circa ſuum axem rotatur.

Stat vi terra ſua, vi ſtando Veſta vocatur. [b]

L X X X I V.

Inter planetas principi loco [nec enim de aſſeclis aut ſatellitibus loqui vacat]

Lunae, Mercurii, Veneris, Soliſque refulgent
Sydera, tum ſequitur Mars, Jupiter, atque Saturnus.

Circa ſolem revolvuntur Venus & Mercurius, eorumque orbitæ Tellurem minimè complectuntur: Mars autem ſic ſuam deſcribit orbitam, ut quum eſt perigæus minus a tellure abſit quam Sol.

L X X X V.

Planetarum numero etiam concludendos eſſe Cometas, illuſtriores noſtrorum temporum Aſtronomi Caſſinus, Wiſthonus, Bernoullius, Gregorius, aliique nuperrime prodiderunt diligentiſſimis obſervationibus; quae, etſi non omnem eximant nobis ſcrupulum, ne etiamnum

[a] 4. *de Cœl. te. 1.* [b] *Ovid. faſt. 6. v.* 300. (*) *Boet. lib.* 4. *met.* 1.

m ſuſpicemur , Cometas eſſe ignes ſubitaneos; tamen , ſi non aliud , illud ſane obtinuiſſe gloriari poterunt Viri doctiſſimi, hominum animos eo metu ſaltem ex parte liberaſſe, quo pallido Cometarum ſplendore exiſtimabatur ſemper aliquid triſte minitari,

Et numquam Coelo ſpectatum impune cometen. [a]

Supereſſet nunc ex morali Philoſophia nonnulla depromere & delibare, cui plurimum Socratem & Platonem detuliſſe ſcimus ex Auguſtino [b]. Verum quum haec ad ſublimiorem quemdam gradum beneficio Chriſtianae Religionis fuerit provecta, & ex divina lege majorem acceperit perfectionem, eam a Theologis addiſcendam expectamus, qui humanae rationi lumen jungentes etiam divinum ex ſacris litteris derivatum, ſolidiorem, quam antea ab Æthnicis Philoſophis factum ſit, moralem ſcientiam exhibere conſueverunt. Supremam igitur diſputationi noſtrae manum imponamus, in qua ſi breviores fuimus, quam muneris noſtri ratio poſtularet; haec tamen, ut ſperamus, erunt ſatis, ut

[Namque aliud ex alio clareſcet] non tibi cæca
Nox iter eripiat, quin ultima Naturäi [c]
Pervideas: ita res accendent lumina rebus.

(a) *Claud. 4. de bello Got.* (b) *lib. 8. de Civ. Dei cap. 4.* (c) *Luc. lib. 1.*

FINIS.

Digitized by Google